

Comoediæ
et
Tragoediæ
Diuersorum

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

18008

Réserve

Table des Ouvrages de ce Volume

Bartholomei Zamberti Veneti Comœdia q; Lepidissima Dolotechne · pag 1.

Tragoedia Progne ——— pag 41

Georgii Simler in Sergium Joannis Reuchlin Phorcensis Doctoris enarrationes &c pag 81.

Joannis Reuchlin Phorcensis Doctoris Comœdiæ duæ Scenica Progymnasmata, hoc est Ludiera præexercitamenta &: Sergius, vel Capitis Caput pag. 130.

Humbertus Tragoedia id est Humbertus Comus Bellijocensis de Beaujeu Authore R. P. S. G. Religioso Cluniacensi · pag 150

Rebecca Frischlini pag. 192.

3e p. incunable

4° P.
80

# Joannis Reuchlin Phor-
cenſis Sergius uel Capitis caput
cum cõmentario Georgij
Simler Vuimpinẽſis.

m 4
BIBLIOTHEQUE MAZARINE
MAZARINE BIBLIOTHEQUE

 81

# Georgii Simler in Sergiū Joannis Reuchlin Phorcenſis.LL.doctoris enarrationes.

In exponendis auctoribus ſpectari quærię cum ſoleat, quo genere carminis poeta ſcripſerit, de Comœdia ſilendum mihi potius ꝙ pauca dicere exiſtimo. Tum ꝙ ea de re diuinę uir facundię grecus auctor Theophraſtus uolumē inſtituit Tum deinde ꝙ Aelio Donato in lectionis Terētianę prodromo, qui prolixius repetiuerit illius originē carminis, hactenus quem ſciam uidi neminē, Adeo copioſe quę recitauit a primordijs deduxit, ut grāmaticorū multicupidę cohorti unus atq; unicus egregie ſatiſfeciſſe putari debeat omnino. Aequiorem itaq; lectoris anxij ratus conditionē, qui Donati quę ſcripta reliquiſſet intelligeret, quando om̄e curriculū induſtriæ ſuæ doctiſſ. enarrator, in lectorum propulſando errore uerſari uoluit ſemper, pauca tamē pro tempore quæ ſolent in foribus librorum prelibari adiecisse contentus, de Comœdiæ referam materia, ſi prius cōpendiaria ſtringam prefaciuncula quam in ſingulos uerſus explanationem impertiar. Theophraſtus Donatus

## DE COMOEDIA

Comœdia in eo eſt genere poematis, quod a græcis δραματικὸν idest actiuū uocatur, In quo perſonę agunt ſolę, ſine ulla poetę interlocutione. Ab illis ita finitur. κωμωιδία ἐσὶ ἰδιοτικων και πολιτικῶν πραγματῶν ακινδυνοσ περιοχή. Id ferme hoc ſonat. Comœdia (nam ſcribitur ω mega cum iota ſubnotato in ſecunda ſyllaba, quę litera in œ diphthōgon uertitur) Comœdia inquam eſt priuatarū & ciuilium rerum ſine periculo cōplexio, A pagis ruſticorūq; cōuenticulis nuncupata, quas illi κώμαις idest uillas uel pagos nominãt, ſed longe relinqui a Tragœdia qui neſcit, uel ex uerbis Calchedonij Xenocratis accipiat, Is cū a Bione obiurgaretur nō tibi inquit reſpondebo equidē, Nā neq; tragœdia Comœdiā cum ab ea laceſſitur reſponſione dignatur, Donatus affectum ciuiliū ac priuatorū continere docet Comœdiam, qua diſcitur in uita quid ſit utile, quid contra euitandū. Ex illis Donati uerbis affectus in Comœdia quęrendos explicandoſq; elicimus, quos & ipſe digniſſ. interpres ubiq; ſolerter rimatus, medullitus (uti aiunt) pluſquā uocabulorū inclinamenta ſubtiliter diſcuſſit, quare q̄d minus grāmatiſtis hoc eſt a literatoribus in manus ſumitur mirari iam deſino, Et M. Cicero de genere narrationis, quod in perſonis eſt poſitū ubi meminit, animorū diſſimilitudinem continere uult, quod maxime in Comœdiarū attenditur actibus, Stilo preterea Comœdia eſt, quem

Diffinitio Comœdię

Comœdia Tragœdia

Affectus in Comœdia quęrendos

Character Comicus



BIBLIOTHEQUE MAZARINE

illi χαρακτῆρα uocant quotidiano ſermoni ſimillimo & preſſo non ſublimi, oratione tenui leui uulgaria atque humi repente, quod Oracium ſenſiſſe uideo cum inquit.

Iccirco quidam Comœdia nec ne poema
Eſſet quæſiuere, q acer ſpiritus & uis
Nec uerbis nec rebus ineſt, niſi q pede certo
Differt ſermoni ſermo merus.

Argumentum comœdiarum

Vnde & a pleriſq; populares ſunt dicti poetæ comici, quorum themata quę uocamus argumenta in ueteri Comœdia res geſtæ quondam fuere palam in ſcœna decantatæ, ſed abuſus licentiæ infamiam lege retruſit, In ſatyram itaq; mutatum hoc carminis genus, cum in ſuſpitionē uenire cepiſſet, & ipſum eſt abrogatū. Noua hęc tandem comœdia inuēta, quę ficta utitur hypotheſi, nō temere tamē excogitata, queadmodū uulgi cohors indocta uociferatur aſſidue, cuius ignauię Cicero in oratione pro Sex. Roſcio ſcitiſſime reclamat, Vbi hęc eſſe a poetis conficta oſtendit, ut effictos nōſtros mores in alienis perſonis expreſſamq; imaginē noſtrā uitæ quotidianę uideremus, Hoc Ciceroniano uerſiculo non inepte comicorum explorari conſiliū exiſtimauerim. Et huic noſtro tale aliquid accidiſſe reor. Cum uerbum illud Cohelis inceſſanter recordaretur exclamantis. Ve tibi terra cuius rex eſt puer.

Præſentis Comœdię argumētū

In hoc itaq; aīm intendiſſe opinor, ut principibus monitu ſuaſuq;, ſub præſentis famulæ hypotheſi ſalubriter cōſuleret, abſtinēdum a capitibus uanis, quibus Plato regnorū adminiſtrationem interdixit, cuius ſententiam ſempiterna dignandā memoria Lactantius ille chriſtianus Cicero, hoc uerborū lepidiſſimo exinuat inuolucro. Futuras eas dicens ciuitates beatas, ubi aut philoſophi regnarent, aut reges philoſopharentur.

Alexander magnus — Zeno — Ariſtoteles — Socrates — Antiſthenes

Quod & Macedo Alexander magnus ſenſit, cū doctrinā quā gloria militari præſtare duxit ſatius. Quid Zenonem, quid Ariſtotelem permouiſſe putemus? qui regnum & imperium nemini niſi ſolis ſapiētibus obnoxium fecerūt, Socratem legimus Glauconē Platonis fratrem ad rempub. accedere uolentem propoſito retraxiſſe, q rudis eſſet ignaruſq; rerū. Antiſthenes pholoſophus in omni grecia famigeratus Athenienſibus cōſuluit aſinos ut equos decernerent. Atq; illi cum diceret irrationabile, Tum Antiſthenes, quid ergo duces apud uos, qui nihil didicerunt ſolumq; deſignati ſunt? Nonne in libro Iliados. ix. Neſtor a Ioue traditum eſſe regnum Agamēnoni cauſatur, ut cæteris recte prudēterq; cōſuleret? Imperator Iuſtinianus, legibus armari rempublicā oportere putauit, non ſolum armis decorari. Sacra deniq; recitat hiſtoria Samueli prophetę a deo conſilium ſciſcitanti reſponſum eſſe. Nō corporis pulchri-

tudinem ac ſpeciem,apicem facio regalem, ſed ueram ſine dubitatiõe
uirtutẽ Ea inquã uia Dauidi Salomon,Ioſue Moyſeo, princeps popu
lo ſufficitur Iſraelitico,Et reuera quibus ſubditorũ ſalus committitur
omni uirtute plenos eſſe debere Ioſepus rectiſſime ſcriptũ reliquit,Nã
qui populo prẹſũt ſi literas( quẹ ſe maxime decẽt )ignorant,rationẽq;
bene gubernandi ex aliorum prẹceptis( quod ſine doctrina & lectiõe
fieri nequit )colligere negligunt,ſcẹnici futuri ſunt principes & imagi
narii,Quid enim aliud eſt princeps illiteratus q̃ imago leonis,cæteris
feris imperitantis? Apud uetuſtiſſimos itaq; nõ temere conſuetudinẽ
irroboraſſe exiſtimandum eſt eam,ut maiores natu regnum ſibi uin-
dicarent,ꝙ huic ẹtati latius ineſſe conſilium,magiſtra noſcitabant ex
perientia,pernicioſa res igitur princeps illiteratus cui inſuper ab auli-
cis ſi tam perdite colluditur improbiſſimis,fieri incipit, ne prĩcipatus
fato ſed fortuna dari putetur teſte Lãpridio,Et Vopiſcus ait nihil eſſe
quod peiores faciat principes quã ſtulti & deteſtabiles aulici & reipu-
blicæ ignorantia, Diocletianum non inepte ferunt dixiſſe,nihil difficí
lius quam bene imperare Vnde Sapiẽs grẹcus μὴ ἄρχεπριν ἀρχεσθαι
μάθης .i.non regas priuſq̃ regi diſcas,Quamobrẽ doctus ſit princeps
Nam ſi thema noſtri poetẹ diligenter introſpicies Buttubattẹ ſimilli-
mum intelliges principem,qui caluariã reperiſſe putari debet, hoc eſt
inanem cõſiliarium,hunc ſinu ſi fouet ipſe,aulicorum cẹtera turba,ex
oſculari non deſinit( turba inquã )in eiuſcemodi principatu hiſtrioni-
bus non incomparabilis, Verum hẹc ſunt quibus regna concidunt cal
uariẹ,uirtus,probitaſq; reſq; periclitat̃ publica, hijs libertas extermi-
natur,ſẹuaq; tyrannis introducitur,quodq; libet hoc licere incipit,quẹ
res non principes ſed portenta in terras exportanda remotiſſimas cõ- Comici
citat, Ad diuerticulum repedans hẹc miſſa facio,Ex antiquiſſimis ſunt Antiquiſſi.
Comicis,Suſſaron Rullus ac Magnes,hĳ ueteris diſciplinẹ ioculatoria
nec ſcite nec uenuſte pronunciauerũt,Etas ſecunda Ariſtophanem Eu
polim atq; Cratinum habuit,qui uitia inſectati,Comœdias ſcripſerũt
acerbiſſimas, Tertia ætate Menãder fuit & Philemon oẽm comœdiẹ
acerbitatẽ mitigãtes,Horũ fabulas romani poetæ cum pluris uertere
ac latinas facere ẹſtimarent,quã nouas cudere, latina dictione curaue
runt illuſtrare grẹcitatis luces,atq; ornatus,ſed aſſequi non potuerunt
quẹ conſequi propoſuerunt,Improſpere enim infœliciterq; uerterunt
ni mis,adeo,ut grẹcanicis ſi contendere uelis facecĳs & luminibus,qui
bus illẹ lucent immodice,intelliges ꝓpe inopi & infacũda lingua diffe
rentia longe conſtare remotiſſima, Terentium quis neſcit Menandri
ueſtigia ſecutum & Apollodori? Merito non diſplicuit ei prior Me-

nander ſcilicet, nam poeta fuit magnus in ſocco Comico, regū ęgypti & macedonię teſtimonio claſſe & per legatos petitus, Apud nos uero inter latinos Comicos ordinationem non obſcure tractauit Sedigitus qui quo quenq; in loco & honore poni obſeruariq; uelit uerſibus inſinuauit, ubi poſt Plautum (quem ſecundo digeſſit loco) in ſexto Terentium collocauit, Seruius autem noſter ex grammaticis triumuir alio reſpectu omnibus Comicis Terētium antepoſuit, latini uidelicet proprietate ſermonis, Quare qui profitentur elementaria penſitatiōe nō tam lectione quam ingenio intueantur admonitos uelim, Apollini ſacram eſſe Comœdiam, uti libero patri tragœdiā Plautus eſt auctor in mercatore, & Terentius, Inter Comicum tandem & Comœdum non erit danda neglectui differentia Ad corrigendum medendumq; errorem barbaſculorū quorundā eam in rem errantium immodice; Comœdus hiſtrio dicitur actor recitatorq; comœdię, Comicus uero ipſe poeta auctor factorq; comœdię, Comœdus Roſcius fuit, Comicus Plautus & Terētius, Tranquillus in Claudio, Et inducti per ſimulationē comœdi, Iuuenalis Satyra tertia, Uxorem comœdus agit.

Comicus
Comœdus

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

## Prologus

SI unquam tuliſtis ad iocum ueſtros pedes
Aut ſi rei aures præbuiſtis ludicræ,
In hac noui obſecro poetæ fabula
Dignemini eſſe attentiores quam antea.
Non hic erit laſciuiæ aut libidini
Meretricię aut triſti ſenum curę locus,
Sed hiſtrionum exercitus & ſcommata.

83

# ¶In Prologum

¶**Si unquam** Partes agit hic Prologus Exordij, qui a grȩcis μικτος.a nobis mixtus dici poteſt Fabula namq; cõmendat̃, eiuſq; argumetum expeditur, Necnon ex poetȩ conſilio ad populum refertur, ꝙ ſecus atq; antiquorum conſuetudo tenuit, ſcripſerit.

¶Si unq;, Adiurat ſpectatores erudite atq; affabiliter per id quod eos pellicere potuit, inuitat em̃ ad amœnitatẽ remq; ludicrã, Scimus populũ Romanum ludis adeo refectũ a Munerarijs quondã, ut pro il lis ſuffragia uenditaret, ſic Satyricus, Iam pridẽ ex quo ſuffragia nulli, Vendimus, Paulus oroſius inter Sodomã atq; urbẽ romam diſcernẽs populũ Romanũ libere ſcribit exclamaſſe nihil romæ gotthorũ enſes ȩgiſſe, ſi recipet circũ, Hic aĩaduertendũ, Ludos uoluptatis gratia ma iores inſtituiſſe Victruuius eſt auctor li.v, de architectonica, non ſolũ honoris in deos ĩmortales, Frequentiſſima ludorũ apud ſcriptores fit mentio, Tu Herodotũ in Vrania, Ioſephũ li.anti.xvi.Stati.li.vi.Pliniũ li.xix.Plutar.in Timeleone inuiſe..Circenſi ſpectaculo Roma diu con tenta ludos demũ Theatrales admiſit, p̄textu colendi deos ĩmortales, hos etiã Scȩnicos uocamus, Quorũ originẽ Vale.Max.li.ij.memorat, legimus Tyberij tpa calamitate publica fuiſſe inſignita, Nã caſu thea tri.xx, millia hoĩm interierũt. ¶Ad iocũ. M.Cicero iocũ admittit mõ liberalis ſit Ariſtoteles ſubſcribit li iiij.ethicorũ ubi neceſſariũ eſſe ho minibus iocũ ediſſerit, uelut fomentũ labore defagitatis, Iocus ioci & ioca pluratiue dici grãmatici ſunt auctores Phocas Sergi. Serui. Inde eſt Iocari, q̊d uerbũ res nugatorias agere ſignificat. Eſt aũt Iocus quo in orõne riſum mouemus, Quintilianus de ridiculis, ſicut ludus in fa cto, confundunt̃ ſȩpiſſime, Iocari Catullus in fletu paſſeris pro ludere poſuit, Iocus apoetis filius deȩ ueneris fingit̃, nõ mentitur, Nã ſi figurã tolles quantũ relinquas in ſacra ſcriptura nõ ſcio, legitur Pythagoras riſu facecijs & ioco abſtinuiſſe, De iocis plura Macrobi.in Satur. ¶Lu dicrȩ rei. uoluptatis plenȩ facili & & dignȩ ludo, Vir. Nec enim leuia aut ludicra petunt̃, Catul.quos hamadryades deȩ ludicrũ ſibi roſcido nutriunt. Ludicrũ pro leui Marcellus accipit, Seruius pro uili Corne lius Tacitus pro ludo, ait em̃ Nerone quartũ Corn.Coſſo, Coſs, quin quẽnale ludicrũ inſtitutũ eſt ad morem grȩci certaminis. ¶Aures prȩ buiſtis ¶Attenti fuiſtis Metaphora, Terẽtius, arrige aures Pamphile.

¶In hac noui. attentos facimus auditores cum de rebus nouis dictu ros pollicebimur, Obſecro. attentos itidem habebimus ſi ut attenti

Ludi

Iocus

Iocari

Ludus

Fingere

Mentiri

Obſecro eſſe uelint rogabimus,partes igitur exordii hic ꝓlogus agit, Obſecra
Oro re enixius rogare ſignificat,Nã ꝓprie a ſacris opẽ petere obſecrare eſt
Feſt.Oramus inqt Donatus placidos Sed iratos obſecramus.¶Poetę
noui, De poetis mox infra diſputaciunculã inchoabimus, Fabula.
Cice.uolumĩe.i.rhetoricorũ nouorũ(ſi Hieronymo crdimus hãc eſſe
Ciceronis artẽ)abũde finiuit deſcripſitq; Fabulã,qdã Mercurii exiſti
mãt inuentũ,Fabularũ ſecretas ratiões Mythici rimãtur, Ariſtoteles
dicit ex miris fabulam conſtare,Fabulam Hermogenes ita finiuit,eſt
oratio ficta ueriſimili diſpoſitione imaginem exhibens ueritatis, hæc
uerba penſitabis lector,& fabulas lectitando,poetas mẽdacii minime
coargues,qd uecors,iners & illiterata multitudo in horas & ĩ dies uo
ciferat,Fabulã oratores primam pueris tradere ſolẽt, ut animos eorũ
adhuc molles ad meliores facile uias inſtituant uitæ, Fabula utitur &
orator ipſe inter exempla,Fabula nomen eſt ſono diminutiuum quæ
gręci Δραματα latini fabulas quaſi factibulas a faciendo uocant,Nã
& agi fabula nõ referri dicitur,Fabula uti an deceat ueri profeſſorem
philoſophum apud Macrobium libro primo de ſomnio Scipionis le
gatur,& rẽ ſignificat fabula uehemẽter diuulgatã.Ab Apologo hoc
differt,ꝙ inſuper allegorice aliquid continet, apologus ad uitam mo
Dignus reſq; pertinens ut ſunt Eſopi lepidiſſimi.¶Dignemini. uerbũ digna
Dignoro ri ſignificat dignum & habere & iudicare,Virgilius, Cõiugio Anchi
antea ſa ueneris dignate ſuperbo.Dignorare aliud, ſignificat autem ſigna
imponere uelut in pecoribus cernere licet.¶Antea. Inter compoſi-
ta ponitur aduerbia,ab ante compoſitum quod & ipſum caſu carens
aduerbia ſcit, ſignificat autem antea quod apud gręcos πρότερον ideſt
prius.¶Nõ hic erit laſciuiæ. Probat attẽtos eſſe debere, quoniam hic
non ſint laſciuię meretriciæ,quæ plus oblectant quam proſint, Volũt
enim aut delectare aut prodeſſe poetæ,¶Aut triſti ſenũ, ideſt paren
tum in filios ſeueritatis repręſentatio.¶Laſciuię. lubricę molli & oci
Cura oſę licentię.¶Triſti curę. ab effectu Cura triſtis dicit, quia quod cor
urit triſtem facit,uel ſenes morbidi & ob id triſtes.Neuius ſenium ſon
ticum appelat,quaſi nocẽs,& ut inquit Ariſtoteles, naturalis morbus
eſt Apollodori celebratur ſententia τὸ γηρασ αὐτο νοσημα Terenti.
trãſtulit cũ ait, Senectus ipſa morbus eſt,Et idoneo epitheto ſenectutis
uſus eſt poeta Virgilius,Subeunt morbi triſtiſque ſenectus, Duo eſſe
ſcribunt auctores quibus corporis uires minuuntur Morbus & ſe
nectus, Seruius ait in commentario undecimo, Senectam ætatem di
ci Saluſtium citãs,Iuuenalis,Incõmoda ſenectutis paucula colligit,cu
ius ſors dura. Virgilius,libro ſexto, in ueſtibulo inferorum triſtem

ſcribit habitare ſenectutem. Sed hiſtrionum exercitus, Ludionum greges. Tranſlatio feſtiua cum de militum copiis dicatur exercitus. In tranſlatione quęritur ne dura neq; diſſimilis ſit, hęc non tam mollis q̃ ornatiſſima, Teren. Iam dimitto exercitum hiſtrionũ, Valerius Max. libro. ij. meminit in origine ludorũ qui ludij dicũtur & ludiones & ludiæ fœminæ artem ludicram exercentes, Martialis Hermes cura laborq; ludiarum. ¶ Scõmata. Inuitabiles ioci amarulenta urbanitate. Faceciarum duo ſunt genera unum re, alterum dicto tractatur, quod dictum Cicero, Pomponius dicterium uocari docet, cum ridiculum dicto exequimur, Id q; bifariam partimur in ledoriã & ſcomma, quibus uocabula romana Macrobius inueniri negat, niſi forte ledoriam dicas reprehenſionem ad contumeliam. Scomma uero morſum figuratum. Hiſtrionum exercitus, Elegantiſſime tranſlatum, Sic Plautus in Aſinaria Eę nunc legiones, copiæ exercituſq; furum.

Exercitus
Ludij
Ludiones
Ludię
Scomma
Faceciarũ genera

Nam Buttubatta repperiſſe creditur
Caluariam cuiuſdam anilis Sergij
Qui erat Mahometi magiſter primitus.
Quo Sergius fit nomen huic Comœdiæ.

¶ Nã Buttubatta. Prologus argumẽti recitaciuncula ſpectatoribus conſulere debet ex officio Plautus id cuſtodiuit in Menechmis, Terentius ſibi nõ licuiſſe cõquerітur, Oſores quibus Poeta noſter humaniſſ. reſponderet nõ habuit, Sane ſciendũ, Nam particulã aut ſubiunctiuã eſſe ſuperiori dicto, aut anaſtrophen ut quodnam, Buttubatta nomen eſt inepti, leuis & nugatoris hoc eſt nullius dignatiõis auctore Neuio. ¶ Repperiſſe. P litteram in uerbo repperi geminamus, ut ſtet carmen Auſonius uno tetraſticho & geminando produxit, & detrahẽdo corripuit. Creditur, id eſt putatur, Terẽtius in adelſis, Nuper credo iam omniũ pudebat. Caluariam. Os capitis ſuperius caluaria nũcupatur. Apuleius meminit li. iij. metamorphoſios, Caper grãmaticus Caluã uel Cranion uocat, Celius & Varro Caluariam, Liuius Caluam auro cœlauerunt, Arthemon ex caluaria interfecti hominis igneq; cremati propinauit aquã e fonte noctu Comicialibus morbis, Cornelius celſus li. viij. Plinius terram ex caluaria pſilotrũ eſſe (hoc eſt medicamentum depilatoriũ) palpebrarũ dimidiã capitis partem dolẽtes, Hemicranea morbo laborare dicuntur, quẽadmodũ Cephalea, qua totum caput infeſtatur. Anilis ¶ Vetuli ſordiduli denomĩatiuũ ab anu, Vir. li. vij. In uultus ſeſe trãſformat aniles. Mahometi. hominis in legem

Nam Buttubatta
Caluaria
Hemicranea
Cephalea

Sergius

noſtram impuriſſimi de quo mox inferius. Sergij. Legimus de Ser gio quodam hereſiarcha, qui acephalorum hęreſim inſtaurauit, Ma lus magiſter & moderator turpiſſimo diſcipulo facile pręcepit, & hæ reticus hęretico pręceptori facile auſcultauit, Nam ſi malum malo ad dideris, facies ſymbolū. Magiſter. moderator, rector, a magiſtran do Feſt. Vir. Pecori pecoriſq; magiſtris, Primitus ideſt primus Lucil. li.v. Quo, quare Teren. in andria quo ęquior ſum Pamphilo, & alibi, hanc ſimulant parere quo Chremetem abſterreant. Nomen Comœ diæ. Omnia comœdiarū ſcripta ex quattuor rebus omnino ſumunt

Ex quibus rebus ſumā tur noīa co mœdiarū

Noīe ut Phormio, Ecyra Curculio Epidicus, Loco ut Andria Leuca dia Brūduſina. Facto ut Eunuchus aſinaria, captiui, Euētu, ut Cōmori entes, crimen, Heautontimeromenos, Prologus nomen comœdiæ in dicare debet, ſi argumētū recitat, Plautus identidem facit in aſinaria.

Fatetur ipſe ſcriptor antiquis ſecus
Fuiſſe conſuetudinem ſimul & nouis.
Quod ſcripſerint illi trimetro & tetrametro.
At hii ſoluta oratione licentius,
Ambobus exceſſit uia nuperrimus.
Hic ille noſter, nanq; in omnibus unico
Genere uſus eſt, quod paucitas facit actuum
Breuitate temporis coacta februi.

Fatetur. Purgat antiqui comicorum moris omiſſionem ꝗ ſecus atq; aliis hactenus conſuetudo fuit ipſe comœdiā ſcripſerit, Vnica dū taxat uſus metri qualitate, Differētiā longe uaniſſimā grāmatici cir cumferūt, aiunt enim coactum fateri, confiteri autē ultroneū, Seruius

Fateri Confiteri

auctor in buco.ij. æneidos & libro.iiij. & in tertio cōmentario, Verſus eſt apud Ciceronem pro A, Cecinna hanc differentiam refellens & la befactās & pro Manilio inquit, hoc ego non ſolum confiteor uerum etiā profiteor Ex dictis, M. Tulij deprehēdimus, Fateri eſſe ſpontanei affirmatoris, Confiteri quoquo modo coacti. Catul. in Epithalamio parcarū, Illius egregias uirtutes claraq; facta Sępe fatebūtur gnatorū in funere matres, & Ouidius li. maioris. ix, Vel ſi pudor ora tenebat, Litera cœlatos arcana fatebitur ignes, a fateor Priſci. Cōfiteri deriuat li. viij. quod a uocalem in i mutat compoſitum. Scriptor. Poeta car

Scriptores

minis auctor & conditor, Scriptores poetę uocātur, Oratius, Troiani

belli ſcriptorē,& Scribere uerbū eſt, q̊d ad auctores cōditoreſq; libro
rū refertur, Vulgus perperā ſcriptores nominat,quos librarios dicere Librarij
deberet,deſcribere & excribere eſt exempla tranſferre. Antiquis.ue
teribus magnis & doctis,hęc enim oīa ſignificat antiquus, Inde anti
quarius uocū exoletarum aucupator nimiſq; priſcarū.A Iuuenale fœ
mina antiquaria nuncupat̃. Fuiſſe antiquis. Antiquos habuiſſe.Vir. Antiquus.
Eſt mihi diſparibus,&c. Varro morē inucteratā cōſuetudinē uocauit Antiquari
Vir.li.vij. Mos eſt heſperio in latio ¶ Nouis. recentioribus, Secus fu us.
iſſe,Aduerbium negādi ſecus diſcretiuā ſignificationē cōtinet,Priſcia. Secus
li.xv. Q̨ ſcripſerint, Oſtendit quo pacto ab antiquis nouus ſcriptor
deſciuerit genere & qualitate carminis. Trimetro & tetrametro,Mi
ratur Priſcianus quoſdā uel abnegare,eſſe in Terentij comœdijs me-
tra,Vel ea quaſi arcana quędā & ab omnibus doctis ſemota ſibi ſolis
ſcriptoribus cognita cōfirmare,Quorū ut uel imperitię uel arrogātię
uitium effugiamus breuiter de ſupradictis metris auctorum expona
mus &c.quę apud eundem Priſci.tute comperies,ubi hexametros &
pentametros uerſus in comœdijs perdocet, Dicunt̃ aūt trimetri tetra
metriue,q aut ſex aut octo pedibus cōſtant,quēadmodū monometri
qui ex duobus,Tritiſſima ſūt hęc & uulgaria traditiōe iamiam nimis
obuia, Nā metrica metricā parit, At hi,Hoc eſt recētiores,qui confu
ſione uerſus comici fecerūt cacometros frequētiores,auctor eſt Rufi-
nus. Soluta oratiōe. Solutiore,nō prorſus ſoluta lege metrica, Nā &
orator pedibus orationē ſuam q̃ pedeſtris dicit̃,cōſtringit Et Diome-
des de oratorijs pedibus longā inſtituit diſſertationē, Nec M.Cicero Oratio pe
a pedibus oratorē abſoluit,ubi inquit Finitimū oratori poetam eſſe,li deſtris
centia uerborū paulo ſolutiorē,&c. quę de oratore li.i.inuenies, Iſocra
tis eſſe iuuentū uerbis ſolutis numeros adiungere,& de oratiōis pedi-
bus idem uolumine tertio. Oratione, Donatus,Seruius & cęteri grā
maticorū primarij de inepto etymo noīs illius arguunt̃ quod oratio-
nē quaſi oris rationē dixerint,Cui ſtipulant̃ Varro latinarū literarū fa
cile princeps & Scaurus & Diomedes ¶ Licentius. liberius ſolutius.
Ambobus nuperrimus, ideſt ceſſit ambobus,Nuperrimus.i.recētior
Exceſſit uia ideſt ex uia ceſſit antiq̊rū, Exceſſit uia honeſta eſt locutio
Vir.Et nota excedo regione uiarū.Verbū Egredior quoq; in eadē ho
neſtate & elegantia caſui cōſtruitur auferēdi, Vir.Eſt urbe egreſſis tu
mulus. Hic ille. Priſcianus figurate dicit alia pronomīa perſonis ſub
iungi diuerſis ἐπιταγματικῶς ideſt appoſitiue,ſed aptiſſime cū pro
nomine Ipſe hoc fieri probat, libro Minoris ſecundo. Namq;. pro-
bat hunc noſtrum a conſueto more digreſſum, Et eſt Nanque particu
la cauſalis,quæ cauſam antecedentis oſtendit, Virgilius,Nanque tibi

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

diuum pater atq; hominũ rex, Priſcianus libro xv. In omibus, uerſibus. Vnico eſt genere uſus. Omnes uerſiculos eiuſdem generis effecit. Nam genus qualitatẽ ſignificat nõnunq;. Victorino teſte. Actuũ paucitas. Tribus enim actibus Comœdia pręſens abſoluitur, cũ cętere quinq; conſtent, quorũ primus argumentũ explicat. Secundus iam ceptam rem ad finem deducere cupit. Tertius rei cõcupitę deſperationem affert. Quartus remedio ſuccurrit interuenięti malo. Quintus ad optatum exitum cuncta perducit. Chorus qui in ueteri comœdia diſcrimen fecerat actuum, a noua excluditur fabula, difficillimum igitur ut ſcribit Donatus eſt depręhendere in ea actuũ interualla. Co acta. adacta, conſtricta. Temporibus februi. brumalis, Nã Februus menſis bruma continetur a purgando dictus, quo menſe quondam mulieres februabantur a lupercis amiculo iunonis ideſt pelle caprina. Ouidius, Februa romani dixere piamina patres.

Actus præfetis comœdiæ

Chorus

Februus

Nunc uos petit fauere ineptitudini.
Si ſenſerit placuiſſe primicias ſuas.
Faciet deinceps integras comœdias,

Nũc uos petit. Ad auditores cõuertitur, a quibus fauorem captat quaſi dicat, poeta quidem hoc modo rem ſuam expediuit, Veſtrũ erit officiũ fauere ideſt ſilere, Feſtus Fauere inquit eſt bona fari, ſed ueteres poetæ pro ſilere ſunt uſi, Fauere ſcribit Seneca, quotiens ſacrarum literarum interuenerit mentio non ut plærięq; exiſtimant a fauore trahitur, ſed imperatur ſilentium ut rite peragi poſſit ſacrum nulla uoce mala obſtrepente. Nam ueteres pythagoreos nõ deorũ ſolum uoces ſed etiã hominũ obſeruaſſe ſcribit Cicero, quę uocãt Omina, hęc maiores noſtri quia ualere cenſebant, iccirco omibus rebus agẽdis, q̃ bonũ fauſtum fœlix, fortunatũq; eſſet pręfabantur, rebuſq; diuinis quę publice fierent ut fauerẽt linguis, imperabatur, Vnde Hannibal ad uxorem q̃ reliquerat in litore carthaginenſiũ, abiturus ait. Ominibus parce & lachrymis fidiſſima cõiunx Silius. li. iij. punicorũ & Vir. Primiſq; iugarat ominibus, Idem li. v. Ore fauete omnes, &c. Ineptitudini. Ineptiis. Primicias. primũ in ea re laboris ſui fructum, a primo trahunt primicię genere muliebri pluratiue tantũ enunciatæ Priſcianus & Diomedes auctores ſunt, proprie dicuntur primę diis immortalibus oblatæ fruges, cęterum pro primo cuiuſlibet rei libamine auctores uſurpant. Statius libro. xi. Hei mihi primicias armorum. Integras. perfectas, totas, quinq; actibus conſtantes, maiuſculas & quibus deſit nihil.

Fauere

BIBLIOTHEQUE MAZARINE



86

# Actus primus

## Heluo

CVm me & meos contemplor a natabbus
c Patrem, patrimũ, proauos,, tritauos, auos, Nota
Abauos, iteq; atauos, omnẽ hãcq; germĩs
Congerminationem, & hunc noſtræ domus
Splendorem, abuſq; maxumis patruis meis,
Grates habendum mihi duabus eſt deis
Iunoni & eius aſſeclæ primiperæ
Lucinæ, ob id quod ea parentela ſatus
Quæ ſit notatiſſimaq; famoſiſſimaq;
Ex heluonibus heluo haud ſpurius ſiem.

In hac protheſi nõ quę argumentũ narret πρωτατικὸν πρόσωπὸν
ideſt aduenticia perſona introducitur (Cum prologus auditorẽ argu
menti recitatione inſtruxerit) quod apud Terentiũ frequentius cõpe-
ries, ſed qui ludum aliquando auſpicetur Heluo, cui ſermonẽ in comi
cis ſalibus mire delectantem ex habitu, ętate, & officio, poeta decẽtiſſi
me tribuit, lege perſonæ nõ minus arcte cuſtodita Verum meminiſſe — Noĩa perſo
oportet de nominibus perſonarũ in comœdijs ratione & etymologia — narũ in Co
non carentibus, Abſurdum eſt enim Comicũ poetam nomen perſo- — mœdijs
nę incongruũ indere, uel officium quod ſit a nomĩe diuerſum, Et huic
noſtro nomen eſt Heluoni, quę uox edacem uoratorem & manduco — Heluo
nem ſignificat, qua dictione uocatur, qui non aſſulatim bona ſua ſed
prodigaliter intemperanterq; in edulijs cibiſq; lauticijs miſere amolit̃
atq; abſorbet, ab heluando, quod uerbum roboratur ſoni uegetioris
ſpiritu Catul. in C. Cęſarem an parum heluatus eſt, Exquiſitas heluo-
nũ delicias, Varro in Satyra περὶ ἐδεσμάτων ideſt de ferculis & edu
lijs lepide ſciteq; cõprehendit, Veteres leges in eos accipimus animad
uertiſſe qui in patrimonijs amplis heluantes, familiam pecuniãq; ſu-
am prandiorũ gurgitibus proluiſſent, auctore Atteio Capitone, Cele — Lurchones
bratus eſt Lucilii uerſiculus, Viuite lurchones comedones uiuite uen — Comedo-
tres, ubi uentres (ſi Donato fidẽ habemus) ꝑ paraſitis edacibus poſuit — nes Vẽtres

quorum deus uenter eſt.
¶ Cum me & meos. Nimium graphice nugatur hic paraſitus cuius
ſermoni uitęq; nomē inditū penitus quadrat, Oraciuncula breui pro
Solitudo ponit, quorum meminiſſe uelit, Secum ipſe, Solitudo eſt quę ad ſe redi
re facit hominem, a ſalibus tamen comicis non recedit, quibus mirifi-
ce ſpectatores oblectat, ſibi cōgratulando, ꝙ maiorum ſplendore uel
ſtudio nequaquam deſciuerit & degenerauerit, id ipſum paruis com
probat argumētis, Ab attributo perſonę ſcilicet & generis, Nam ſimi
Contēplor les parentibus plęrumq; filij creduntur, ait itaq;. ¶ Cum me contem-
Templum plor, conſpicor intueor inſpicio, Verbum a templo tractum ideſt lo
co qui undiq; aſpici uel ex quo omnis pars uideri poteſt, Feſt. Natali
bus. claritudine natalium a generis nobilitate, Natales numero mul
titudinis pro generis nobilitate accipimus Apuleius, Erat in proxima
ciuitate iuuenis natalibus pręnobilis, Sunt tamē των μεσων, Nam lau
Natales damus natales ut honeſtos, īfamamus ut ſordidos, Plini. iunior in. iij.
epiſtolarum, Titulus eſt apud iuriſconſultos de natalibus reſtituēdis,
quo euidēter oſtendit eū qui natalibus reſtitutus ſit, uti iure ingenuita
tis, tanq; nomine nataliū ingenuitas ipſa ſignificetur, Natalia ſignifica
re quod natalis uolunt grammatici. qui eſt dies natalicius, & utrumq;
conuerſum in ſubſtatiuū ab adiectiuo, Donatus reclamat in Phormi-
one, & ad Virgilianum illud, meus eſt natalis Iolla, reſpondet, Virgili
um pſonę ſeruiuiſſe ruſticę cui nō addiderit dies, Terentius, Vbi erat
puere natalis dies, Donato ſuffragatur Plautus in Captiuis, inquit em
quia mihi eſt natalis dies, Hunc ego poetam latinę linguę delicias, plu
ris fecerim quam omnes grāmatiſtarū finitiones rancidas & fetutinas
Ratio Auctoritas enim ſummorum in eloquentia uirorum, pro ratione ha-
Auctoritaſ benda eſt & ad eam ueluti ad anchoram confugiendum. ¶ Patrem
Patrimus Patrimū. Is eſt patrimus qui cum ipſe pater ſit adhuc alium habet pa
Proaui trem in uita, Proauos. dicti ſunt proaui quaſi prope auos. ¶ Trita-
Tritaui uos. quaſi tetrauos, qa quartus ab auo tritauus eſt, quem uetuſtiores
Stritauus Stritauū dixere, forte ea cōſuetudine, qua ſtlatū pro lato ſtlocum pro
Ataui loco & ſtlitem pro lite. ¶ Atauos. dictus eſt atauus, quia aſta ideſt pa
ter eſt aui, uti pueri ſolent uſurpare. Auorum nomen Feſtus tribus
inquirit originibus, Aliorum eſt ſentētia auum ab ęuo deriuari, ꝙ pa
tre ſit antiquior, Patrem uero a patefaciendo, ꝙ ſemē ſuum patefaciat
uel a patrādo, Nam patrare eſt operam liberis dare, ſancte & honeſte
apud antiquos dictum uerbum auctore Quintiliano, Inde Saluſtiū
Abauus irrideri ꝙ patrare bellum dixerit. Abauū. ꝙ iam procul ſit ab ipſo
auo. Germinis cōgerminationem. ſtirpis generiſq; noſtri ſeriē atq;

propaginẽ, Velut regia prognatus ſtirpe, oĩm ſanguinis ſui lineã ex actiſſime ſupputat, Ex arborũ ſurculis germẽ naſcitur unde germani quod ex eadem ſint ſtirpe geniti, Feſt.& cõgerminatio cognatio mutuaq; ſaguinis connexio, Veteres ſoliti ſunt dicere Fratrem germanũ, quod plus ſit frater germanus quã fratrem ſi quis ſolũ dicat, Terẽtius. ſi te in germani fratris dilexi loco, Plautus in Captiuis, intus eccum fratrem germanum tuum, & in Aulularia ut æquũ eſt germanã ſororẽ, Et hunc noſtræ domus ſplendorẽ. hunc ait ſplendorem uelut Iactanticulus ſuperbe ſatis. q.d. rarum in una familia tantũ & tam celebre decus, cum in genere meo, tum pręſertim in me ſplẽdidum, mihi itaq; in primis habenda eſt gratia dĳs immortalibus, ꝙ a claritudine parentũ non degenerauerim. Domus. Familię, Vir. hic domus æneę cũctis dominabitur oris, Splendor ad amplitudinẽ pertinet honoris, Vocabulum in M. Cicerõe uulgariter ubiq; obuiũ atq; tritiſſimũ. Abuſq;. uſq; ab aduerbiũ de loco, Nam cũ prępoſitio prępoſitioni nunq; cohęreat, abuſq; & aduſq; licenter ſunt admiſſa. Apuleius, Aduſq; cõfiniũ ceruicis, Certum eſt tamẽ prępoſitiões aduerbĳs iungi per compoſitionẽ, Nam ſeparatim nequeũt, Ergo deſurſum, deſubito derepente, ex inde, dehinc, amanc, abhinc, poſthac, antehac, deimprouiſo, ubicũq; legimus ſub uno accẽtu accipiamus, deſubito tñ apud Plautũ in Captiuis perperã legi uidetur. Maxumis patruis. non ſolum maioribus ſed maxumis ut longiſſime repetat & per latera ſplendorẽ ſanguinis ꝓtẽdat Patruũ pr̃is fratrẽ uocamus Maiorẽ patruũ aui & auię patruum dicimus, hic a maxumis exorſa texit, iucũda facecia, maxumis antique dixit, quam rem cognatio excuſat uocalium i & u Priſci. eſt auctor, unde Carnufex, lubens, & peſſumus ueteres dixerũt, Quintilianus libro Inſtitutionũ. i. per C. Cæſarem artis grãmaticę doctiſſimum u, in i, quibuſdã in dictionibus traductum fuiſſe memorat Et Plautus in Captiuis, planiſſume pro planiſſime & alibi Sartor ſatorq; ſcelerũ & meſſor maxume. Grates habendum. Mirum eſt hiſtrionibus etiã gratitudinem ineſſe, Sed ad ſe redĳt ut ſupra diximus, ſequeſtrata cõplicum ſodalitate Grates dicuntur genere muliebri tantum & pluratiue Diomede auctore, habere grates, agere, & referre, quid differant plurifariam apud elegantiarum ſcriptores uidere licet. Sed habẽdum grates dixit, hanc rem defugere non oportet ne barbaſculo cuidam grammatiſtæ ſolœciſmus uideretur, Verbum hoc habendum nõ ad grates refertur ſicut temere & incurioſe legẽtibus apparet, neque pro participio poſitum, ſed indefinitum eſt, quod græci απαρεμφατον appellant, nec numeris neque generibus pręſeruiẽs, undique liberũ &

Germen
Germani
Frater germanu
Germana ſoror
Iactanticulus
Domus
Aduſq;
Deſurſum
Maxumi
Patruus
Maior patruus
Peſſumus
Grates
Indefinitũ

Impromiſcuum Cicero in Verrem hanc ſibi rem preſidio ſperant fu
turum,Et in libro Valerij Anciatis, Aruſpices dixerunt omnia ex ſen
tentia proceſſurū. ¶ Duabus deis. Recte nam dijs per ſyneresim dix

Dijs
Deis

iſſet & uerſus non ſtetiſſet,Lucanus in ſexto Pharſaliæ,O utinā cœliq;
deis.Priſci.li.vij.de caſu dandi ſecundi ordinis,Dicimus deis analogi-
ce ſed diſcernendi ſexus gratia contra rationē atq; analogiam deabus
dicitur, ¶ Iunoni & eius aſſeclę, Iunonis ſocigenę lucinam facit aſſe-

Iuno
Lucina

clam,Seruius eandem putat Iunonē ac lucinam,Quod & Terentium
ſenſiſſe exiſtimat in Andria,M.Cicero a iuuando Iunonis nomen tra-
hit,Cui Varro conſentit,Cęteri ſcriptores quaſi Ianonem ideſt ianuā,
ꝙ quaſi portas matrum natis pandat & nubētium matris Lucinam a
luco martis.Ouidi.dictam opinat̄,Macro.li.vij.plura,Iunoni lucinam
apte coniunxit uelut aſſeclam,aut quia cōnubia pręcedunt,quibus prę
eſt Iuno pronuba & lucina ſequitur ideſt partus per quem infans in lu

Aſſę
Aſſecla
Primipera

cem prodit.Vel ꝙ parentibus qui opitulantur præſto adeſſe oportet
ſemper,unde aſſas nutrices & aſſeclas uocitatas legimus,Inuocant̄ aūt
geminę in partu,poſcitur enim & naſcentis & parturientis ſalus. Pri-
miperę, compoſitum ſicut puerpera,Plinius libro.viij.Primiperę pri
marię principiſq; parientium,Feſtus pręeſſe parientibus uenerem di-
cit. Ob id. cauſam ediſſertaturus ꝗobrem tantopere gratificet̄ prin

Parentela

cipibus deabus ¶ Quę ea parentela. a parentibus quos utriuſq; ſexus
accipere debemus Vlpiano teſte Parentela fit uſurpatiōe,Iulius Capi

Notati
Famoſi
Famigeratores

tolinus,Cauſa inquit eloquentię dignum parentela ſua putauit. No-
tatiſſ.famoſiſſ. utrumq; uocabulū utroq; uerſum capi poteſt in bonā
& in malam partem,Apuleius uolumīe.xi.Metamorphoſios Famo-
ſum cum laude & in bonā partem uſurpat,& Cicero in oratiōe aduer
ſus Valeriū, Firmicus quoq; maternus in.ij. Matheſeos, & Plinius in
epiſtolis,In malā partem,Cice.li.ij.de oratore, Nā me ad famoſas ue-
tuit mater accedere,Famigerabilis pro claro & inclyto, Apuleio au-
ctore li.ij.Famigeratores uero in malā partem dicuntur,Plautus in tri
nūmo, Ex heluonibus heluo. optime,Nam ut Columella ſcribit,ni
hil dubium eſt quin ipſa natura ſobolem matri ſimilē eſſe uoluerit &
parentū notę plerūq; natis inhęrēt,Cui ſentētię Satyricus alludit Quā

Spurius
Nothus
Mamzer

doquidem & ſimilem tibi ſe non corpore tantum.Nec uultu dederat
morum quoq; filius, Horatius,fortes creantur fortibus ¶ Spurius.
gręce nothus.Sed differre inter ſpurium uolunt & nothum,ita ut Spu
rius de patre ignobili gignat̄, Nothus uero materno ex genere igno-
bilis,Spurium ſacrę literę Mamzerē uocant dictione hebręa Deutero
nomij capite.xxiij.a zar ꝗd alienū ſignificat Spurius ἀπὸ τοῦ σπόρου
hoc eſt ſemīe uel a muliebri natura,aut potius a latina dictione ſpurco

&immūdo,qui & fauonij,ꝙ incerto ſint pr̄e, Siem. ꝓ ſim Comicū. Fauonij

Equidem patritos imitor mores.bibo
Rebibo,uoro,deuoro,quod omnes aſſolent
Cognomines nati meis maioribus,
Plus tamen egoipſe cæteris ingurgito
Et heluor,quare heluo eſt nomen mihi.

Equidem, Morum ſtudijsq; factis uſu atq; imitatione,ſimilitudine probat ſe a parentū ſemine nequaq; degenerauiſſe,&a perſonę attributo,ſtudio ſcilicet,Equidem,ego quidem. Patritos. patrios Cicero in tuſculanis queſtiōibus,Patritā illam & auitam (ut ait Theophraſtus) philoſophiā. Bibo rebibo. Re particula eſt iteratiua Orati. large re potes atq; benignus,nōnunquā abundaſiat,ut renuntio,ꝓ nuntio Virgilius,Reſtitit ęneas,Cicero,renunciat̄ mihi,Eſt & ubi re in cōpoſitiōe contrariū ſignificat Oratius Dū mihi fias recantatis amica ideſt in contrarium cantatis,Bibacem & Biboſum ſe oſtendit,ex bibeſia. qua dictione ueteres cupiditatē bibendi ſignificari uoluerūt,quemadmodū peredia,edendi. Bibo rebibo, recte iterat,nam dulce eſt bibere,ſed turpiſſimū fieri ebrium,Plautus de uino,pedes captat primo luctator doloſus,Terēti. Vicit me uinum,Exultāti cuidam ꝙ multum bibens non inebriaretur.Iſocrates reſpondit,hoc etiam mulus facit. Voro deuoro. de auget ut dehiſcere, deſpretus ideſt ualde ſpretus, Seruius particulam de,alias minuere, alias augere docet. Aſſolet. inſueuit multū ſolet & ſępe. Cognomines. eiuſdem ſtudij & officij homines meiq; ſimillimi combibones & manducones. Plus tamen. Exors a ſpuriorum genere,quod ſui comparatiōe ſordidum exiſtimauit,Nūc ſe pręſtare docet ex eadem proſapia prognatis,ex officij opera longe cęteris uoratoribus uehemētiore. Ingurgito. auidius haurio & quaſi ingurgitē atq; uoraginē imitto, Apuleius, Nil quicq; rei quam merum ſæuienti uentri tuo ſoles auiditer ingurgitare. Heluor. Voro abſumo,immoderate deſorbeo,heluationē græci ασωτιαν uocant, uerbi illius M.Cicero in Piſonem meminit. Nomen eſt mihi heluo. ideſt popinoni tabernario & ganeoni,dixit heluo in caſu recto,Mercurius Plautinus ſibi eſſe ait nomē Mercurij in caſu patrio Priſci. de conſtructione,hanc clauſulā nomen eſt mihi,cum omni fere caſu ſtare poſſe plane edocet,Plautus in aſinaria,huic nomē gręce onagoſt fabulę.

Patritus
Auitus
Re
Bibax
Biboſus
Bibeſia
Peredia
Vinum
De
Aſſolet
Cognomines
Ingurgito.
Heluor
Eſt mihi nomen heluo

Vbi quid eſt uini,ſi eius copia eſt



BIBLIOTHEQUE MAZARINE

Haud ceſſo quouſq; totus eſt gurgulio
Pręgnans ab imo & trans gulam, ſin paucitas
Vel lambo uel lingo, dum odor ſagax olet.

Vbi quid e.v. Intēperantiā uini Androcydes ſapiētia clarus Alexan
dro Macedo. regi interdixit hiſce uerbis, Vinū potaturus rex memē
to te bibere ſaguinē terrę, Cicuta homini uenenū eſt, cicutę uinū, cui in
terdicto Alexander nō paruit, legimus Cyrenęū Lacydē ex immodi
Vini uſus ca uini potione correptū paralyſi expiraſſe, Antiſthenes philoſophus
de uini uſu uolumē reliquit, nec nō de ebrietate, Inter quęſtiones tres a
Dario hiſtaſpis filio ꝓpoſitas, Vini ē fortitudo Eſrę li.iij.ca.iij.& li.iiij.
& ī Antiqtatibus Ioſe.li.xi.c.iiij. Luxurioſa res inqt Sapiēs eſt uinū &
Crapulam tumultuoſa ebrietas &c. Crapulā ſi uoles ſedare ante cœnā eſto braſſi
ſedat cam crudā ex aceto, bibeſq; deinde quantū uoles, eritq; tanq; nihil bi-
beris Auctores ſunt Cato & Ariſtoteles, Bacchū triplicē uim poſſide
Bacchi uis re ſcribit Eſopus τηv μεv πρωτηv ηδώνης, τηv δε δευτεραv μεθης τηv
δε τριτηv υϐρεως, hoc eſt primā quidē uoluptatis, ſecundā ebrietatis,
tertiam furoris & inſaniæ, Ex uino ait Plinius rerū omniū obliuio eſt
morſq; memorię, Vino ſapientia obumbrat̄, Ingeniū obruitur, uigor
animi impeditur, In hāc ſententiā Gellius Crebris inquit & ingētibus
Copia poculis omne ingeniū ingurgitabat. Copia. ideſt abundantia, & ex
ercitū ſignificat ſingulariter q̊d gręce ἐνικῶς dicitur Saluſti. ex omī co
pia Catilinę, Vir. li.ij. ęnei. Haud ceſſo. minime quieſco, haud per d
Haud ſcribi Caper p̄cipit, pro aduerbio negādi, ſed ꝑ cōiunctiōe diſiunctiua
aut t litera terminat, ſed nō aſpirat̄ ſibi in capite, Ceſſat deſidioſus, quieſcit
Ceſſo defeſſus Donatus, hoc modo inter illa differt uerba. ¶ Totus Gurgu-
Quieſco lio. τρῶξ gręce dicitur Sciendum duas eſſe fiſtulas quaſi canaliculas a
Fiſtulæ faucibus deorſum, ꝑficiſcētes per quarū alterā delabunt̄ in ſtomachū
eſculenta omnia & potulēta, Ex quo cibalis dicta, per alterā ſpiritus a
Cibalis ſummo ore in pulmonē atq; inde rurſum in os & in nares cōmeat & p
Spiritualis eandē uiam uocis quoq; fit meatus, a ſpiritu ſpiritalis hęc fiſtula noīat̄
Aſpera quā gręci τραχειαv αρτηριαv, Cornelius celſus aſperā uocat arteriam
Gurgulio M. Varro in capite de capris & hedis, Lactan. in libro de opificio Gur
Epiglottis gulionē appellant, Dumq; ueſcuntur ne intercludatur meatus animæ
Subliguiū naturę ope prouiſum, inter duas fiſtulas uti lingula ſit epiglottis, a iuni
Minor lin- oribus nouo uocabulo ſublinguiū, ſed ab idoneis minor lingua, q̄ in
gua ter edendū bibendūq; operit tramitē ſpiritualē, ne cibus anguſtiās in
eundem deerret. ¶ Pregnans. oppletus turgens grauidus, Pregnans
Pregnans ꝓprie dicitur ante gnatū uel ante genitricē, Teren. ī Andria Abducta

a uobis pregnans fuerat filia, Nā prę etiā ſignificat ante. ¶ Tranſgulā. Prę
ide fiſtulā cibalem, quę a Cornelio celſo medicorū latiniſſimo ſtoma ſtomachus
chus uocat, Nā ſtomacho cōnectit, Gulæ meminit Vlpianus Iuriſcō.
ff. ad L. Aquiliā, Sin paucitas. de ratione officij ſui diuiſim diſſerit ut
examuſſim & exactius inſtruat. Lambo uel lingo. auide conſumo
alligurio, M. Varro a græco eſſe lingere putat, eo ꝙ illi λιγναασθαι di Lingo
cunt, Lambere & lingere tūc dicūtur cū aliquid lingua ſuauiter tangi
mus, Hora. q̄ loca fabuloſus lambit Idaſpes, Vir. & ſidera lambit Dū Lambo
donec ꝙdiu. Sagax odor. pelliciēs indagabilis pro libidine mea.

At non (ut eſt plęriſqꝫ mos) in abditis
Et ſolitariis locis aut ſpecubus
Aut clam uiris penitiſſimo in quodam penu
Hoc indecorum hominiqꝫ deteſtabile eſt.
Sed cum bonis natabus ac ſodalibus
Conſimilibus mei, atqꝫ idem gnatonibus
Vt ego ſum, eo hic quæro meos contribules
Paraſiticos, prędonicam artem qui colunt
Offarum & amphorarum, ubi eſt merax merum
Qui aliquando delinitioribus iocis
Mentes furantur atqꝫ ſenſus hominum.

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

¶ At nō ut eſt plęriſqꝫ. ¶ Accuſat alios quare ſibi ad gloriā ſuā laudis
accedere putat amplius. At nō .ſ, heluor ego, Sane at copulatiua par At
ticula, ad ornatū ſolū aliqn̄ pertinet, Priſci. pro ſaltē uel aut poſuiſſe lati
nos auctor eſt Aduerſatiuę poteſtatis cōiunctionē eſſe cōſtat, ꝙ græci
εναυτιωματικωσ dicunt, Vir. At regina graui, Priſcia. in Examime.
¶ Vt mos eſt plęriſqꝫ. parēthesis. i. interpoſitio. Plęriſqꝫ. hoc nomē Plęris
antiqui ſine cōiunctiōe nōnunqꝫ ꝓtulerūt, Cato in. i. originū, agrū quē
Volſci habuerūt campeſtris plerus aboriginū fuit. In abditis & ſolita
rijs locis. ideſt angulatim q̊d auidiſſimorū eſt lurchonū. Aut ſpecu
bus, hęc dictio generis eſt incerti, Donatus eſt auctor, & Priſci. alludit
li. vi. ubi multis auctoritatibus genus uenari nitit̄. Clam uiris. ideſt Clam
occultis locis ſegregatis ſemotiſqꝫ hominibus, & Clam uiros dicere
cum caſu accuſandi congruum eſt, Terentius, nec clam te eſt, Plautus Clanculū
in captiuis, clam ſuū patrem, Ab eo clanculū & clamdeſtinus deriuāt Clamdeſti
grāmatici ſyllaba penacuta, Lucre. Et clādeſtinis uolitātia ſępe figuris nus

Item uolumīe primo, Naturam clamdeſtinā cęcamq; adhibere, & ali
bi, Significant clamdeſtinos cęcoſq; ſubeſſe, Tria inquit Donatus ſūt,
Vi — quibus res non rite agitur, vi, clam, & precario & his tribus mala fide
Clam — ſecundum ius poſſidetur. Penitiſſimo. intimo remotiſſimo ſecretiſſi
Precario — moq;. Dictio ab aduerbio penitus inclinata Apuleius. plane memine-
Penitus — ris & penita mente cōditum ſemper tenebis, Plautus, age queſo hercle
uſq; ex penitis faucibus, Comparatiuo & ſuperlatiuo utūtur latini &
politi ſcriptores. A, Gellius. longeq; ab orbe noſtro in penitioribus pti
bus ſequeſtratos. Itidem Sidonius in carmine Phalecio, Francorū pe-
Penus — nitiſſimas paludes. Penu. Penario armarioq; ī quo penus reponitur
hic penus, hęc penus in quarto ordine, & hoc penus, oris. in tertio uete-
res dixerūt, qua dictiōe ſignificātur quę ſunt eſui apta auctore A. Gel
lio, ęſculenta & potulēta omīa in uſum totius anni quę nos proculcato
tritoq; uocabulo Cibaria nuncupamus, Horatius, portet frumēta pe
nuſq;, Sed pro cella cōditoria hic poſuit, Seruius multa libro ęneidos i.
Cellarium — Veteres promū & cōdum dixere quod nos cellarium uocitamus, uti
luculenter ſuauiſſimus pręceptor meus Io. Reuchlin in rudimentis he
braicis ſcriptum reliquit, quod opus mea ſentētia literario ſenatu eſſe
cenſeo digniſſimū, q̄q; ego antiquius duxi nihil. Hoc indecorꝫ. turpe
inhoneſtū indecens, Gręci decorū το πρεπον uocant, quid ſit id quod
Decorum — decorum nominamus M. Cicero de officiis uolumine. i. de tēperantia
ſermonē facturus abunde recitat, Homini hiſtriōi & heluoni, qui fron
tem omni uerecundia deueſtitam omniq; turpitudine ſolutam euira-
uit pertinaciſſime. ¶ Deteſtabile. abominabile & dignum quod no
ſtro teſtimonio abominemur, Horatius, Bellaq; deteſtata matribus.
¶ Natabus. honeſte dictum, ſed quia cōſimilibus mei ſubiunxit, Ma
Nata — niſeſtaria eſt intellectio, Nata facit natabus & natis, Plautus in Sticho.
Sodales — Qui talis eſt de natis ſuis ¶ Sodalibus. cōtubernalibus cōuiuis, cōpli
Sodalitas — cibus, q̄ una ſedeāt ac edant, Vel quod ex ſuo datis ueſcātur, uel quia
inuicem inter ſuadēt quid ſit utile, Cicero de oratore li. ij. Quod tamē
eum defenderē qui mihi ſodalis eſſet, Apuleius uolumine. x. Aſinum
ſuum uocat ſodalem, q̄ ſimul eſitet, gręce συσσιτοσ & συσσιτια ſoda
litas & συσσιτων conuiuij locus contubernium Sodalatij crimen in le
ge ambitus fuiſſe plectibile ſcribit M. Cicero in oratione pro Plancio,
¶ Meiq; conſimilibus. ideſt meis moribus non diſparibus, iuſtiſſime
Similitudo — dictum, Nam ſimilitudo morū ad amiciciā ſociādam tenaciſſimum
morum — eſt glutinū, & ſicut boni mores probos, ita mali conciliant improbos,
Vnde ueriſſime M. Tullius ī Lelio, neq; boni improbis neq; improbi
bonis amici eſſe poſſunt, cū inter eos maxīa ſit morū ſtudiorūq; diſtā

tia, recte itaq; Liuius malum ait malo aptiſſimũ, Animalibus omibus Plato ſimſlitudinis eſſe inditam ſcribit intelligẽtiam, quo circa & quę ſũt eiuſdẽ generis ſentiũt, Sed ꝙ και καίραμενσ κεραμεί κοτι και τεκτονι τέκτον ut Heſiodus inquit hoc fit tertij cuiuſdam, ideſt lucri quęſtuſq; gratia. ¶ Gnatonibus. Exponit ipſe ſignificans quid per conſimiles ſui uelit accipi, Gnatonibus paraſitis qualis eſt apud Teren. Gnato. Eo ideo. quãdo cõſimilibus mei me ſoleo oblectare, quęro itaq; quos complices adhibeam, Cõiunctio cauſalis hoc loco, Priſci. de coniunctione li. xv. Inueniũtur tamen noĩa uel pronoĩa uel prępoſitiones uel etiam aduerbia quę loco cauſaliũ accipiuntur cõiunctionũ. ¶ Contribules. ſcurras complices alioſq; paraſitos ex eadem tribu ſed penacuta profertur ſyllaba, Horati. & cum paleolo ſoleas conuiua tribulis Cicero in Epiſtola ad C. Ticiũ L. Cuſtodius eſt tribulis municeps & familiaris meus. Paraſiticos. comedones edoneſq;, uox eſt græca παρασιτοσ απο του σιτου ideſt cibo dicta. Nam Paraſitus, proprie is dicitur. qui cibi cauſa ridicula & dicit & facit uiuitq; ad alienũ nutum quaſi mus alienũ cibum ſemper edẽs ut ait Plautus in Captiuis, a quo paraſiticus paraſitatio & ſupparaſitari Plautinũ uerbũ quod ſubſeruire & ſubaſſentari ſignificat quale eſt officiũ paraſitorũ, qui cænis inuocati adſunt, unde ſcorto ſibi nomen indidiſſe iuuentutẽ Plautinus conqueritur paraſitus, Qꝫ eſuriens uelut ſcortũ & pellicula ab omnibus ſubigatur, In Comœdijs edaces nõ inepto uocantur adiectiuo, quorũ Voratrinã cum Terentius tum Plautus explicat ſcitiſſime, Lucianus libellum reliquit de paraſito, ubi docet artem eſſe paraſiticã, Poeta noſter pędonicã appellat nõ immerito, Nam quicquid eius artis quęſtu corradit, prede ſimilliſmũ eſt, Iura Canonica uetant illis dare. de ſimonia. c. Etſi in glo. vij. Priſci tamẽ paraſitos λαιτυμενουσ, quaſi cõuiuas dixerunt Lucianus refert Patroclũ fuiſſe achillis paraſitũ & Merionẽ Idomenei, quos Homerus uocat θεραποντασ quaſi cultores & miniſtros Paraſitos, ut docet Suidas, vocat & κόλαξ grece & τραπεζολόιχοσ & κροαοτραπεζοσ & βελενοπωλησ Ex qbus illud eſt ſcitiſſimum τραπεζολοιχοσ, quaſi menſarũ liguritor, Sunt enim paraſiti aſſeclę mẽſarum lautiorum cęnipetę prandipetę flagricibę. ¶ Prędonicam artẽ. populatricẽ atq; alterius cibi inuaſoriam, predones ſunt qui populandam alienam inuadunt puinciam, Vir. Perfidus alta petens abducta uirgine predo, Ars iſta predonica legitime dicitur, utpote de famatiſſimi lucri, Quod iura putãt ciuilia, ff. de hijs qui notãtur infamia. Colunt. ideſt exercent Offarũ eſculenta, ciborum lautiora quę noſtra nõ ſegniter ambit impudentia, offa offula & in tertio gradu offella, quod

Figulus odit figulũ
Gnatones
Eo ideo
Cõtribules
Tribulis
Paraſitus
Paraſiticus
Supparaſitari
Scortum
Edaces
Voratrina
Ars paraſitica
Ars predonica
Cænipetæ
Flagricibæ
Predones
Offa

apud Iuuenalem alterū ſ abijcit, Saty.xi. fruſtis imbutus ofellæ, fruſta
ſignificat eſculēta in quę caro cōciditur. auctore Columella, apud Sue
toniū in Claudio pro eſca ſcitiſſimi ſaporis accipitur & fœtus imperfe
Amphora ctus a poeta Satyrico uocatur offa. Amphorarū. Vaſorū capaciū
quod Horati. deſignat, Amphora cepit inſtitui currente rota, cur urce
us exit, Remus fauinus amphorā ſuo metitur ſpacio. Vbi eſt merax
merum ſincerū, ſapidius, ſagatius, minus dilutum, Auienus apud Ma
crobium uolumine ſaturnalium. vij. proplema diſcutit, cur uini potio
Merax meracior uidetur ieiuno qꝫ ei qui cibū ſumpſit, Vn̄ Meracū ualidū &
Meracum potens merū Hora. Expulit elleboro morbū bilemqꝫ meraco, a Mero
id eſt uino Mero, onis, dicitur περι προσονομασιασ .i. per annoīationē
de qua Fabius li.ix. queādmodū pro Piſonibus piſtores, ꝓ oratoribus
aratores dicimus, & ꝓ Tiberio biberius, ꝓ Claudio caldius, ꝓ Nerone
Meronem. Qui aliqn̄. nōnūqꝫ aliquo tēpore Priſci. infinitā eſſe par
ticulā dicit, & abſolute ꝓferri, p̄ter ſignificationē p̄teriti & futuri. agre
cius & p̄ſens ſignificare docet, de duobus affatim repiri exēpla exiſti-
Aliquādo mat, de pn̄ti ipſe adiecit Expergiſcimini aliqn̄ & capeſcite rempu. acu
it & antepenultimā, ne duę ꝑtes & diuiſę uideant̄ eſſe & differētię cau
ſa ad aliquāto. Deliniritoribus locis. ſuauibus, dulcibus, oblectanti-
Mens bus. M. Tulli. delinitus illecebris uoluptatis, Mētes furantur, occupāt,
Senſus retentāt. Atqꝫ ſenſus. Senſum diſcriminat a mēte quę a μηνησ id eſt a
lunę uocabulo nomē traxit, ꝙ obruta uarijs affectionibus uelut luna
ſolet iterū reparari, ut ſcribit Caſſiodorus de aīa, Senſa dicimus in nu-
Senſa tro genere quę ſentimus. M. Cicero de oratore li.i. & exprimere dicen
do ſenſa poſſumus, quod & Macrobius ſignificat li. Satur. vij.

Vt reliquias unctæ patellæ & canthari
Vuida lacunaria ſuperſtitis meri
Quadraſqꝫ menſarum & pia ſtipendia
Noſtris inanibus gulis & uentribus
Repenſitent, non quaſi mendicabulum.

Reliquiæ Vt reliquias unctę. reliquię miniſtrātibus diuidi ſolēt & paraſitis
Suetoni. auctor eſt de potu & luxuria Sergij Galbę, Seneca quoqꝫ li.xi
Patellæ Epiſtolarū alludit, Ad paraſiti uero ingluuiē referri debet, ꝙd de patel
unctæ lis unctis memorat, Vnctis .i. lautioribus, nitidioribus, quas lambit
Patina ambitqꝫ paraſitica fames inhianter, Patella ꝑ diminutionē deſcēdit a
Cantharus patina aptū ſacrificijs faciēdis uaſculū. Canthari. baccho tribuitur
Scyphus cantharus, queādmodū Herculi ſcyphus, Maro æglo. vi. Vtrūqꝫ uas

anſatum fuit,Bacchus cãtharũ gerit dextra,Idoneũ potatoris inſigne
Silli.li.vĳ.punicorũ. Vuida lacunaria. ſuauitudine uini madida po — Vuidum
culorũ labra,Vuidũ ſucco exaduerſum dicit Cõfundunt a poetis uui — Succum
dum & humidũ,Vuidus intrinſecus humorẽ habet,uñ uua, humidũ — Vua
q̃d extrinſecus,auctor Serui. Vuida lacunaria. ideſt cameras pocu
lorũ,& lacus & laquearia ſuperiora dicimus loca,in edificĳs,Vñ lacu — Laquearia
nar & laquear,Vir.Pendẽt lychni laquearibus aureis, Supſtitis. Ex
tantis ſuperantis,reſidui. Meri. uini ſubſtatiue, Satyri.poeta adiecti
ue protulit,Cũ perfuſa mero ſpumãt unguenta falerno,Generoſius ui — Merum
nũ maiores dixerũt merũ,Hora.Centaurea mouet cum lapythis rixa
ſup mero,& merũ bimũ & quadrimũ legimus ideſt duorũ & quattu — Bimum
or annorũ. Quadrȩ. fragmẽtis & menſarũ reliquĳs fruſtillatim col — Quadra
lectis,Quadrȩ Iuue.meminit in Saty.Si te ꝓpoſiti.Vir.li.vĳ. Marcia.
Menſarũ numerus apud ueteres binarius fuit,dabatur em̃ altera car — Menſe duæ
niũ,altera pomorũ,Vir.li.ĳ.Geor.Macro.Satur.li.ĳ. ❡ Pia ſtipendia. — apud uete
Pia inquit nõ Marcia & ſanguinolẽta,ſed pia Nõ mẽdicabula,quia ſti — res
pendia quaſi q̃ debeãtur mẽſarĳs militibus & prandipetã militiã exer
centibus,Stipendiũ a ſtipe.i.modico ęre/q̃ colligitur nomẽ habet,Iuriſ — Stipendiũ
conſultus docet.ff.de Ver.ſig.Stipẽdiarĳ inde dicũtur alio noĩe uecti — Stipẽdiarĳ
gales qui tributũ pẽdũt & ſtipẽdiarię ciuitates,hallucinator barbaſcu
lus q̃s mercenarios uocare deberet,ſtipẽdiarios hodie nuncupat,Nris — Mercenarĳ
inanibus. uacuis,ieiunioſis & fauce effractis Eſuriales ferias dicimus, — Eſuriales
quotiẽs paraſitici uẽtres ĩedia marcẽt,q̃ re iucũdius uiſu eſt nihil Iuue. — ferię
Nã quȩ comœdia minus Qui melior plorãte gula, ❡ Repenſitẽt.ideſt
pſoluant uelut debitã mercedulã ❡ Nõ quaſi mẽdicabulũ. Erubeſcit — Mẽdicabu
mẽdicare paraſitus,renuitq; mẽdicabuli nomẽ,q̃d ſtipendio mutauit — lum
Sed uerius poeta,Hora.qui mẽdici uocabulo paraſitos claudi uoluit,
q̃bus honeſtius eſſet mẽdicare,q̃ rẽ Iuue.etiã probat in Saty.Si te ꝓ pro
poſiti,Mẽdicabula Plau.dixit & laberius mẽdicitatẽ & mẽdicimoniũ

Hoc enim eſſet infamia meis maioribus,
Sed ludicræ artis premium & mercedulam.
Iam nũc quidem hora ipſa & ſtata & certa imminet
Qua flagriones hĳ, infimatis ille grex
In aliquod uſq; contubernium ruant.
Aut ad forum populo ſtrepant prouerbia.
Corripiendum illuc mihi eſt maturrime.

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

Hoc em̄ eſſet, cur refutet mendicabulū, infamiā formidans defama-
Premiū
tiſſimus, Ludicrę artis. paraſiticę ſcurrilitatis. ¶ Premium & merce
Merces
dulam. Premium generaliter pro bono aut malefacto redditur Do
Mercedōeſ
natus eſt auctor in Eunucho, Mercedem a merendo dicimus, ſicut prę
mium a preda, Inde Mercedones a merce ſoluenda, & Mercenarium
Merceditũum ueteres dixiſſe, ꝙ mercede ſe tueāt, ſcriptores teſtātur,
¶ Iam nunc quidē hora ipſa, Eſuriales ferię paraſiticis uētribus incū
bentes tempus & horam denunciant, quęrendi complicij, Sic Plautus
Item alij paraſiti fruſtra obambulant in foro. Stata & certa. Et par-
ticula expoſitiue intelligatur, ſignificat autē ordinatam & fixam quā
Stata feſta
differri nō cōtingit necꝫ mutari. unde ſtata feſta dicimus, q̄ dies fixos
hahent, Apud Valeriū maximū in libro Memorabilium primo, Ma
iores ſtatas ſolenneſcꝫ cerimonias, &c. Statius in carmine Achilleidos
Plenis donec ſtata tēpora metis, Attulit, Lucanus li.x. quorum ſtata
Flagriones
tempora flatus, ¶ Imminet, Inſtat, prope eſt. Flagriones. ideſt qui
Bucedę
flagris cedantur digniſſimi, dicūtur etiam Bucedę ꝙ loris bubulis eo
Plagipati-dę
rū terga inſcribunt Plau. uocabulo & plagipatidę & uerberōes gręce
maſtigię E diuerſo tintinaculos, oppido & quā eleganter uocitari audi
Virgatores
mus Virgatores ſeu tortores qui flagris ſontes ob noxam cedunt, Vo
cabulo ficticio a ſonitu quem uerbera efficiūt, unde ꝑ onomatopeiam
Maſtigię
alibi hunc ſonitum tax tax uocat, cum ceduntur flagratores ¶ Infima
tis ille grex ¶ Viliſſimorū contuberniū infra om̄es homines infimo lo
Summates
conatorum, Sicut ſummates dicimus ſummę conditionis & potentię
Infimare
Plautus in Sticho, ſummates uiri ſummū accumbent, ego infimatis in
fimus. Apuleius uolumīe Metamor. xi. Pręceptis ſummatis deę recre
atus, Et uerbum infimare uſurpatur ab auctoribus, quod ſignificat in
fimos facere, Apuleius in Dęmonio Iſocratis, hęc ad miſerias infimata
Grex
& paulo inferius, quia nam ſublimat & infimat. ¶ Grex ¶ Vocabulū
eſt ignobilis multitudinis, M. Cicero gregis armētorum imbecillium
In L. uero Piſonem ſignificantius, ubi inquit, Quid cū tuis ſordidiſſi-
mis gregibus Et in oratiōe eadem, Nemo queritur ſyrum neſcio quē
de grege nouiciorū factum eſſe cōſulem Exprobanter & illud Satyri
Vſcꝫ
ci poetę accipimus, Cū grege chaldeo. Vſcꝫ. ab eo loco, aduerbium
de loco, Terē. ex ęthiopia eſt uſcꝫ hęc, alias diu aut multum ſignificat
¶ In aliquod contuberniū. conuictum, ſodalitatem, conuiuiū, ubi cō
uictores & cōuiuatores congregantur, uerbum caſtrenſe ut ſupra de
Contubernium
hiſtrionū exercitu. Eſt autem cōtuberniū manipulus militum decem
ſub uno papilione degētium, cui Decanus pręerat, qui caput cōtuber
nij fuit. Inde contubernalitas eleganter apud Cyprianū pro ſodalitate

Ruant,ſine more confluant,Hiſtrionibus familiare uel potius ſcurris ſuatim ſine more colligi & congregari. Ad forū. Vbi uideas quos ad ędes comiteris una ſimul eſitaturus,tempus & locū negotio adijcit Forum a ferendo generale nomen,ex adiuncto diſcretionem accipiēs Vnde forū dicimus aleatoriū,boarium,olitoriū,romanum,cæſareū, forū auguſti,Piſcarium forū,Trāſitoriū,Cupedinis,cenipetę paraſiti foro uti ſciunt,ut in prouerbio eſt. Corripiendū illuc mihi. eundum per me Teren.in Ecyra,Et corripio illuc me inde ideſt ingreſſus ſum ita inquit Dona. Maturrime. citius,feſtinanter,quācelerrime,Fieri autem mature id dicitur,cui & induſtrię celeritas,& diligentię adhibetur tarditas.Quā rem Auguſtus duobus gręcis uerbis elegantiſſime expreſſit,Nanq; dicere in ſermonibus,& ſcribere in epiſtolis ſolitum eſſe aiūt σπεῦδε βραδέως,quod ſignificat,feſtina tarde ideſt matura, | Ruo Forum Corripio Maturus

Nam illis uoluptas maxima eſt,præſentia
Frui mea in ludis iocis & riſibus.
Scio quod actutum miſellioribus
Sunt inedia miſelliores & fame.

Nam illis. adijcit cauſam. Voluptas. ingens illecebra. Frui oblectare ſe, Sed frui proprie licet ueſci ſignificet,a frumine ſumma parte gulę,tamen etiam de rebus hiis dicitur,quę nec cibo nec poculo ſunt,Terē.Nec fas eſt me ulla uoluptate hic frui. In ludis iocis & riſibus. de ludo & ioco paulo ſuperius,De riſu obiter pauca hic adiiciemus,Aiunt Phyſici riſus eſſe ſedem ſplenem,quemadmodū irę fel,& libidinis iecur,Eſt & ſplen peculiare curſus impedimentū,quo exempto per uulnus uitam eſſe animalibus poſſe Plinius ſcriptum reliquit, cum quo riſum quoq; adimi homini,Pręcepit Seneca uti riſus noſter ſine cachinno ſit Vnde ab Apuleio feſtiuiter Cachinnabilis eſt dictus riſus ſolutior & reprehenſibilis,Riſus cenſorii Macrobius meminit,li. ij.Satur.qui grauitatē,quemadmodū ſolutus contemptū pręſe fert,& maieſtatem decet riſus modeſtior Virgilio auctore,Pythagorā legimus riſu,facecijs,& iocis abſtinuiſſe,Et Craſſum illius auum qui a parthis eſt interemptus,riſiſſe nūq̄,ob id agelaſtum cognominatū,ſicuti nec fleſſe multos,quos gręci apathos uocant,in affectibus humanis inſolentiores γελάω uerbum gręcū rideo ſignificat Democriti cognomentū fuit γελασῖνος q riſu perpetuo agitare pulmonē ſolebat,teſte Suida,Riſiſſe eodem die quo genitus eſſet unū accipimus Zoroaſtrē repertorem magicarū artiū,Gelotophylida in Bactris herba naſcitur | Fruor Riſus Pythagoras Craſſus zoroaſtres

& circa Boriſthenem, ſi bibitur cum myrrha & uino uarias obuerſare ſpecies facit, ridendiq́ finem neſcire, In furoris morbo riſum eſſe letale indiciũ, Plinius eſt auctor, Parœmiacos dicitur de eo qui rareter ridet ut gratijs ſacrum faciat, Laertius. Scio ꝙ actutũ, Scio inquit iam in foro ex meis contribulibus torqueri fame quoſdam miſeris miſeriores. Actutũ. confeſtim, illico, ſine dilatiõe, aduerbiũ tẽporis, Plau. in Amphitrio. niſi actutum hinc abis, hanc dictionẽ Heroicũ carmen non dedignatur, Vir. tum cętera reddet, Actutum pius æneas, Sta, li. i. Thebaidos, Actutum regia cernit, Veſtibula. Miſellis. ſecundi ordinis nomina, ſua faciunt diminutiua in ellus, ut miſer miſellus, miſera miſella. Inedia. cibi penuria & eſuritione, Et Fame. quę maleſuada a Virgilio. ab Egeſippo uehemens carnifex appellatur, Plinius, letalem inediã non exiſtimat ante lucem ſeptimã, duraſſe tamẽ quoſdam ultra undecimã, Inter genera mortis miſerrimũ eſt fame perire, Silliũ poetã punicorũ ſcriptorem hoc modo periiſſe cõperimus, Notiſſima eſt fames Caſilini q̃d Hannibal obſedit, & ſamarię, Albertus magnus quẽ Ariſtotelis ſimiam, quidã (ſi ad laudem uiri pertinet) cognominauit, mira de fame literis mandauit, in hiſtoria de animalibus.

Actutum

Nomina in ellus

Fames

Quęrunt ubi commodius ſit faucibus
Vbi eſtur & bibitur. Sed eccos commodum
Eccos prope in medio fori, Congeminant.
Coitur, accurritur, habent quid ludicrum.
Quin ego citatiore greſſu propero
Et curro nunc etiam probe ut uideam quoque,

Quęrunt ubi cõmodius. utilius, aptius, Sit faucibus. quę marceſcunt paraſitis diutina fame, fiuntq́ araneantes eſuritiõe. Plautinus Paraſitus ad eſuritionẽ paraſiticam ſignificantiſſime exprimẽdam ſic inquit, Perij, proſpi tio parũ. os amarũ habeo, dentes plenos, lippiũt fauces fame. Vbi eſtur. exprimit ubi cõmodius eſſe faucibus poſſit, ibi ſcilicet ubi eſtur, ubi edũt & potãt homines, Imperſonale uerbum ab edendo Diomede docente, a quo uerbum etiam comedo fingitur quod comeſum & comeſtum facit, Didimo Valgioq́ auctoribus. Sed eccos. Paraſceue, ideſt pręparatio alterius eſt ſcęnę, pronunciandum dicticos & cum geſtu leticię, ꝙ ea res quam in animo prius habuit, iam appareat, Teren. in Phormione, Eccum dromonẽ cũ Syro una adſunt tibi, Cõmodum, iamiam, id temporis, eo momento, aduerbiũ.

Eſtur

Cõmodũ

claſſicis ſcriptoribus tritiſſimũ, ſed paucis bene cognitũ atq; intellectũ Plau. in Caſſina, ad te hercle ibam cõmodum. Donatus in Phormiõe.

¶ Prope. pene, aduerbialis particula, apud Plautũ & M. Ciceronem uſurpatiſſima. Prope ¶ Cõgeminãt. quid cõgeminant? coitur, accurritur, Coire pręter uulgatã ſignificationẽ & pangere & conſentire ſignificat Teren. in Eunucho, Coimus in Pyręo, Habent quid ludicrũ. qua re collud ant. Coire Citatiore. uelociore, celeriore. Probe ut u ideã q̊q;. Inſuper non ſolum accurram atq; adſim, ſed ut uideam quoq;.

¶ SALAX, HELVO, BVTTVBATTA,
¶ ARISTOPHORVS, LIXA.

SAL. Heus tu tribune noſter aduola HEL. o ſalax
Rerum quid eſt? ut tu tumultuanter hic.
SAL. Neſcio quid iſtinc Buttubatta fert boni.
Curritur ad hunc ceu ſi exiiſſet Indiam
Ferens auẽ phœnicẽ BVT. adeſte ehodũ ehodum.

¶ Heus tu. Spectator mira faceciarũ iocũditate conciliatus, lepidiſſimis ſalibus heluonis quibus graphice nugatus oẽs fecit auritos In hac itaq; ſcęna dramatis initiũ fit, quę tota eſt actuoſa, magiſq; in geſtu quã oratione cõſtituta, Vnde ꝓnunciatiõe uelut aĩa & ſpiritu decẽtiſſime iuuatur, & eo res deuenit uti caluaria retegatur, Congregãtibus igitur ludionibus interuenit Buttubatta, qui ludũ auſpicat. Heus tu tribune. Heus Heus nõnunq; habet noĩs ſignificationẽ ad intentionem conſiderationẽq; reuocandi. Teren. Heus proximus ſum egomet mihi, cęterũ uox eſt de lõginquo reuocantis. Tu tribune. tu cũ percuſſione audiendũ eſt, quia ſignificãter dictũ. Noſter. ideſt ludionibus tribunus es Alibi in perſa, Plautinus ſeruus ſe uapularẽ tribunũ eſſe dicit. Tu tribune

¶ Magna uis inquit Donatus & ſignificatio pronoĩbus ineſt. Virgilius Tribuni Cantando, tu, illum, Tribunos. Pomponius ſcribit plebeios fuiſſe magiſtratus, Inde dictos, ꝙ populus romanus in tres partes diuiſus ex ſingulis ſingulos creabat, Vel quia tribuũ ſuffragio cõſtituebãtur. Aduola. non adi, Nam res eſt noua, mercibus arabũ cõparanda, qua exultat Buttubatta, Simul attẽtos ſpectatores reddit hiſtrio. O Salax. afficitur gaudio, preſentia ſalacis Heluo, Exclamat igitur, Sic Terẽ. O Cteſipho, o Syre, Cęterũ interiectione illa utimur ubi ex interuallo notos uidemus, Salacis nomen a libidine trahitur, Hora. caudã ſalacem membrũ uocat obſcœnũ, Et Virgilius, uel Oui. In Priapeio carmine Pria-

pum ſalacem deum nominauit, a ſaliendo ideſt coeundo quod a pecoribus ſumitur. Quid rerum. quæ res aguntur, a re eſt recula per diminutionem. Vt tu tumultuanter hic. Verbum reticet oppletus gaudio. Curritur. ab omnibus fieri ſignificat, de quo memorat Nam cum arduum quiddam atq; ab omnibus fieri oſtendimus, impersonali uerbo utimur. Teren. in igne poſita eſt, fletur. Ceu. particula ſimilitudinis, Priſcianus libro. xv. Quid boni. boni cuiuſdā meminit, auidum uidendi faciens. Exiſſet Indiam Mater gēmarum India, ab Indo flumine cognomīatur, miraculis eam terram ſcatere dicit Plinius libro. vij. Mira de Indis recitat Herodotus in Thalia, Theopompus, Hellanicus, Cteſias. & Megaſthenes auctores ſunt, qui res Indicas ſcripſerūt, ſed ab hoc poſteriore Strabo multa deſumplit. Aue phœnicem. attentiſſime phœnicem inquit qua merce nulla eſt rarior, hanc auem Herodotus nunquā niſi in pictura uidiſſe ſcribit in Euterpe Egyptiis ſacram eſſe ad quos perraro proficiſcitur, Hęc auis ſi picturæ non diſſidet, habitu & magnitudine imitatur aquilam, De phœnice interrogatus, diligentiſſime prodidit Manilius ſenator ille nobilis doctrinis doctore nullo. Metamorphoſim phœnicis uolumine. xv. Ouidius exequitur. Volunt grāmatici Perſiū poetam tranſlatiōem feciſſe a Phœnice ubi inquit, quādo hęc rara auis. Ambroſius q ab Origene quę dicta fuerunt græce in librum ſuum latine compoſitum tranſtulit compilauitq; hexameron, In eo opere uolumine ſexto ait, Doceat nos hęc auis uel exemplo ſui reſurrectionem credere, quæ & ſine exemplo & ſine rationis præceptione ipſa ſibi inſignia reſurrectionis inſtaurat. Adeſte ehodum Exultantem accipimus plauſibiliter Buttubattā ludiones inuitare anteloquio admodum rhetorico, uti ad ſe pellectos feſtiuiter ludat, Ehodum ingeminat ex affectu, Iterationem M. Cice. li. iiij. ad affectum pertinere docet, Ehodum παρέλκον ſicut adeſdum productio dictionis Terentio familiaris figura, ut in Andria ehodum ad me, ubi dum particula abundaſiat, & in Phormione integram adiecit dictionem per parelcon, quando dixit, fiet ſedulo, Ibi Donatus ſedulo docet eſſe parelcon, Nam ſuffecerat fiet.

Salax

India

Phœnix

Ehodum

Adeſte principes furum, hiſtrionum, item
Et ludionum & luſionum & uerberonum.
Adeſte mecurialiter non plumbei
Sed plumei, pedibus uolucribus, ſcio
Mirum in modum admirabilem ac uobis quidem

Ignobilem rem inſinuo, ibi hic intra meum
Sinum, ARIST. paras anteloquiũ & rhetoricum
Et admodum forenſe Buttubatta, nam hac
Concinnitate orationis nemo homo
Ne Gorgias neqꝫ Zeno nec Protagoras
Te uincet æque arbitror, at exhibe, quid eſt:

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

¶ Adeſte. Preſentes ſitis, accurrite, Adeſſe etiam auxilium fere ſigni ficat. Vnde aduocati et patroni cęteriqꝫ amici adeſſe dicũt. Principes furum. famoſos quoſlibet aduocat, Princeps dictio utroqꝫ uerſum & ipſa dicitur. ¶ Furum. Varro de ratione uocabulorũ nominis illius ætymon expreſſit, quod Au. Gelli. uolumine primo recitat. Cæterum ſcribit Ariſto iuriſcõ. apud ueteres ægiptios furta om̃ia fuiſſe licita & impunita. Apud lacedemonios quoqꝫ ius atqꝫ uſum furandi fuiſſe, nõ ignobiles auctores ſcriptum reliquere. Qꝫ furandi ſolertia atqꝫ aſuetu do acueret obfirmaretqꝫ animos aduleſcentiũ ad inſidiarũ aſtus & ad uigilandi tolerantiam, & obrependi celeritatem. Hiſtrionũ. de quibus ſuperius eſt facta mentio. ¶ Item. ſimiliter, & luſionum ideſt ludorum, ueteres luſionem pro ludo accepere, Papinius auctor eſt. qui luſionis pilaris meminit, & Tranquillus in Domitiano. ¶ Verberonũ

Adſum — Luſio — Verberões — Mercurius

¶ Maiores etiam flagriones uocauerunt dignos uerberibus, ſed flagra tores qui mercede flagris cedebantur gręci μαστιγα flagrum, & flagri onem maſtigiam dixerunt. Plau. in Captiuis. Vti illi maſtigię cerebrũ excutiam. ¶ Mercurialiter. citi, ueloces, Nam Mercurius celeritatis & eloquentię deus eſt, cui appinguntur talaria, Inde Virgilius. Volat ille per aera magnum, remigio alarũ ac libyę citus aſtitit oris, citus ait Seruius, nam uelox eſt curſu. ſic dictus mercurius, ꝙ medius currat in mercimoniis, quibus pręeſt, Vnde poetę hoc carmen penſitandum uenit, Mortales uiſus medio in ſermone reliquit. Non plũbei. tardi, teſtudineo greſſu atqꝫ inceſſu ueternoſo, & gradu formicino uti ait Plautus in Menęchmis, ſed actuario & cito. ¶ Pedibus uolucribus. Feſtinis & uolantibus, hic uolucer, hęc uolucris & in genere indifferẽtię hoc uolucre facit, Priſci. uolumine. v. ¶ Scio mirum inmodũ. omni ratione adhibita efficit ut attẽtos habeat, quia decepturus eſt, ait itaqꝫ mirũ in modum & admirabilem, nec eſt ſatis, unde addit, & uobis quidem ignobilem ideſt ignotam. ¶ Inſinuo. a ſinu tractum uerbum, quale eſt inuolare a uola. Au. Gel. Cicero in arte ueteri accipere uidetur pro

eo quod eſt latenter ſub diſſimulatione & circuitione obſcure ſubire,
addit Victorinus,& occulte circuitionibus quibuſdam. Vnde in arte
noua,ſi perſuaſus auditor fuerit,hijs nos rebus inſinuabimus ad cauſā
Significat igitur Inſinuare ſenſim ſubrepere in aliquod Vnde Sueto.
per hāc inquit inſinuatus Macroni,ideſt cōciliatus i amiciciā,Inſinuat
quis in amiciciam alterius,quando nō recta,ſed per ſinus quoſdam&
quaſi diuerticula intrat in amiciciā latenter, & diſſimulanter,Plautus
in amiciciā inſinuauit,Firmicus amicus regis corporis pulchritudine
inſinuatus,Q.Cur li.v.de Phaſi flumīe,Perſico mari ſe inſinuat,&Lu
cretius(Nam ueteres fere hoc uerbo uſi ſūt)animam ſcribit inſinuari
naſcentibus,diuinitus uel naſci,& alibi,Sic aliud ex alio per te tuteipſe
uideris,Talibus in rebus poteris,cęcaſq; latebras.Inſinuare omnes,Itē
li.ij.Succus enim ſurſum qua uapor inſinuatur,ait etiam dolorem ocu
lis inſinuari per ſolis ſplendorem q; ſemina poſſidet ignis,Vir.ij.ænei.
Inſinuat pauor &c.Onoſander de optimo imperatore,docet inſinua-
tiones hoſtium prohibere,Exinuare uerbum uſurpat. ¶ Paras antelo
quium. orationis amœnitate qua utitur Buttubatta perculſus Ari-
ſtophorus rhetoricum ornatum imputans. ¶ Paras, inquit, producis;
apparas, Anteloquium. quod gręci προόιμιον dicunt. Rhetoricum
Admodū admodum.urbanum nimis,ornatum & eloquens, foroq; non ineptū
Admodum ſignificantiā habet intentiuā ἐπιτατικὴν Terentius, in
Ecyra,alias annuendi uim retinet,exemplum eſt in Phormione eiuſ-
dem poetę Au.Gellius libro ſeptimo. ¶ Nam hac concinnitate. con
ſonantia,compoſitione, elegātia orationis,uel a concinere, quod con-
ſentire ſignificat, uti multis ex diuerſis uocibus unus efficitur modus
in cantionibus Vel a cinno.M.Cicero in arte ueteri, ſplendoris & feſti
uitatis & cōcinnitudinis nimium. ¶ Nemo homo. quamuis per ne-
mo intelligatur homo,tamē addit homo ueterum more, figurate per
Gorgias ἀρχαισμον,Terentius in Adelphis, Fratrem eſſe neminem hominem
primarum artium. ¶ Ne gorgias. Hic Leontinus orator diſputatu-
rum ſe profitetur apud Platonem de omni re,quam quiſq; audire uel
let,Athenienſium iuuentuti gymnaſium dicendi dicitur aperuiſſe,Ci
cero eius meminit in oratore uolumine tertio,& de claris oratoribus,
Zeno ¶ Zeno. ¶ princeps ſtoicorum manu ſolebat demonſtrare, quid in-
ter dialecticam eſſet atq; eloquētiam,fuit & Zeno(de quo hic)Eleateſ
Protago ras orator qui ad fandum maximas uires cōparauit, iudiciale genus tan-
tum adeptus. ¶ Nec Protagoras. Hic abderites trax,clariſſimus ſuo
tempore ſophiſtes,quem Apulei.in quarto Floridorū longe multiſci-
um,& cum primis rhetoricę repertoribus perfacundum fuiſſe ſcribit,
M.Tullius in tertio de oratore, Laertius uolumine nono meminit.

[95]

¶ At exhibe,auidus uiſendę mercis reiq; quam rariſſimę proclamanter a Buttubatta celebratę ad exhibendum hortatur,Eſt autem exhibere minus quam reſtituere,Exhibet qui pręſentiam corporis prebet ut ſcribit Caius iuriſconſultus,Reſtituit qui inſuper poſſeſſorem facit, Eſt etiam plus exhibere quam ſiſtere in iudicio ut Labeoni placet,Cicero uolumine ter tio de officijs,exhibere uidetur accipere pro eo q̊d eſt negocium facere.

[Exhibeo] [Reſtituo]

BVT.Exhibeā? enimuero nec exhibebitur (modo
LIX. Tu uero exhibe.HEL.exhibe. SAL.exhibe
BVT.Vim uim triumuiri triumuiri.heus ohe
Appello iudicis tribunal.Leditis. res
LIX.Dabis. SAL.tenes? BVT.ceſſate furciferi fu
SAL tenes? LIX.ſtatī ARIST. tenes? BVT. ſce-
O parricidę,matricidæ,ne utiquam (leſti ſacrilegi
Prehenditis uel hoc die,HEL.trahe.corripe
BVT.Hodie o rapax nequis id a me auellere.

¶ Enimuero nec exhibebitur. q.d.iſtis uerbis nō adigar ad exhibendum. ¶ Verūenimuero. pars iſta ſignificationē habet nimiū permoti atq; irati animi.principiū faciens nōnunq; per irā aliquid dicturi,ſed uultu iuuāda eſt & ꝓnūciatiōe,Cicero.Hic cū alijs ex alia parte enimuero ferendū eſt.Teren.in Phor.In ius enimuero. ¶ Tu. ſignificanter.q.d.an ſitum in te putas ne exhibeas. ¶ Buttubatta uim uim. .ſ.patior eclypticos & exclamanter. ¶ Triūuiros appellat carceris cuſtodes. Sic Plau.in Aſinaria.Ibo ego ad tres uiros,ueſtraq; ibi noīa faxo erūt capitis,Et in aulularia,quia ad tris uiros iam ego deferam nomen tuū,Erāt duplices triumuiri Monetales ſcilicet quorum diligentia fiebant numiſmata,Et qui carceris cuſtodiam habebāt,Pedianus eorū meminit in uerrinis,Adiiciunt alii & triumuiros colonię deducendę.Triumuir a uiro compoſita dictio & nomine numerali,Varro de Analogia libro.ij.& in libro epiſtolicarū quęſtionum quarto.& Priſci.de ponderū uocabulis,Phocas itē,Suppliciis fuiſſe præpoſitos triūuiros Saluſtius probat in Catilina,& Plau.in Amphytrione, ubi inquit,quid faciam nūc ſi triūuiri me in carcerē cōpegerint,inde cras de promptaria cella depromar ad flagicium,flagella inde triumuiralia dicuntur. ¶ Heus ohe. ¶ Vox eſt bacchantis,Seruius li.vij.ænei.Heu ohe bacche fremēs

[Triumuiri]

ſuper hoc carmine Mariano Donatus in Phormiõe ſacietatem hac uo
ce ſignificari uult, Iuuena. ſatur eſt cũ dicit Horatius ohe, Dicunt non
nulli ridentis eſſe interiectionẽ Illud Perſianum citantes, Ohe quid di-
Ohe
diciſſe. ¶ Apello tribunal. Prouoco ad tribunal, Dicimus apello tri-
bunal iudicis abſq; ꝑpoſitiõe, Verbo prouoco addimus prępoſitionẽ
frequenter, Prouocationes T. Liuius adinuẽtas docet aduerſus iniuri
as magiſtratuũ, Tribunal a tribubus nomẽ cepit, ꝙ ad illud tribus cõ
uocantur, ut a iudice percipiant ius, ſed locus eſt editior unde uniuerſa
Tribunal
exaudiri poſſunt, Ceſpiticia fiebant in caſtris tribunalia miltaria & ca
ſtrenſia ex ceſpitibus aggeſtis, Luca. in. v. Pharſalię, ſtetit aggere fulti,
ceſpitis intrepidus, ¶ Leditis, non ſolum offenditis, Nam ledere plus
eſt quam offendere. Vir. quo numine leſo, Plau. in captiuis. Memini cũ
Ledo
dicto haud audebat facto nũc lędat licet, Ceſſate, requieſcite, intermit
Offendo
tite, deſinite, Differt proprie inter ceſſare & requieſcere, Ceſſat em̃ de-
ſidioſus, requieſcit defeſſus. ¶ Furciferi fures, Proſequendum hic lati
Ceſſo
us, Apud ueteres id erat poteſtatis apud dominos in ſeruulos, ut non
tantum uincirent, ſed etiam occiderẽt, utq; ob leue delictum plecterẽ
Furcifer
tur, ignominię magis quam ſupplicij cauſa, circa uicinos furcam in col
lo ferebant, ſubligatis ad eam manibus & prędicare cogebãtur pecca
tum ſuum, ſimulq; monere cęteros, ne quid ſimile admitterent, Vnde
Furciferorum nomẽ, ſeruile, maledictum & probroſum, gręci, σαυρο
φόρους appellãt, eius rei auctores Plutar. & Dona. Qui hos uinciebant
a dominis iuſſi Lorarij dicebantur, Brutiani uel lictores. Tenes. reti
nes, proprie retinet qui aduerſum aliquẽ tenet In Adel. Teren. liberos
retinere ſatius eſſe credo. ¶ Statim. ſine mora. ¶ Sceleſti. aptiſſima
comicis ſalibus cõuicia in hiſtriones, homĩes ſeruulos in ancillas apud
comœdiographos, Alia ſunt non illepida ut Venefica, lupa, Vipera &
ſacrilega, ſed plus eſt ſcelus & ſceleroſus, quam ſceleſtus. ¶ Parricidæ.
Vulgato uocabulo parricidas dicimus ꝗs græci πατροκτόνους Plau-
tus parenticidas, In id genus hominũ lex Pompeia de parricidis excu
Parricida
bat, Matricidę, qui in matres graſſantur. uti Oreſtes de quo apud So-
phoclem ĩ fabula quę ηλέκτρα inſcribitur Cicero Sororicida eſt uſus
Parricida inquit fratricida ſororicida. ¶ Neutiquam. comicũ & anti
quum ſicut neutiquam. Pręhenditis. apte & proprie, Nam pręhen-
dimus uitantes & fugiẽtes, Teren. in andria, tuus pater modo me præ
hendit, cui uerbo nonnunquã aſpiratio detrahitur, fitq; ex triſſyllabo.
biſſyllabum. ¶ Vel. etiam, Hoc die, Plenum, hodie compoſitum
hoc die antique & comice, Heluo, trahe, corripe, hortãtur inuicem ad
Vel
compręhendẽdum ne manibus elabatur, atq; effugiat. ¶ O rapax. in

Ax uerbalia & habitum & abundantiam rei ſignificare cuius eſt ha- bitus grammatici memorant, Sic dicimus, fugacem, bibacem, edacẽ, cum & habitum & frequentiſſimos actus notamus, Auellere, amoue re, Virgilius, Posteſq; a cardine uellit: In ax nõia

LIX. Conemur omnibus modis enixim omnes
BVT. Heu penula & bardocucullus interit.
Rũpũt ſinũ miſero mihi LIX. dato BVT. nõ dabo
HEL. Permittito ut nos leniter queamus id
Quodcumq; rerum eſt quod ſinu occulte geris
Aſpicere, & ultro reddere obſecro BVT. Iubes
Fidẽ? HE. fideiubeo BVT. ſtatĩ reddi? HEL. ſtatim
BVT. Sane modo fiet. modo manum exigat
Lixa, metuo iugulum ne anhelitus opprimat.

¶ Conemur omnibus modis. ſecreto in aures hęc uerba ſuſurrãt, ne pręterlabatur, & tectum maneat diutius, quod inſinuauit Buttubatta Conemur, difficultatem hoc uerbum importat, Plau. in aſinaria, neq; Conor conari id facere audebatis prius, & caſui iunctum accuſandi ſine inter miſſione ſignificat noctes dieſq; manibus, pedibuſq;, Vir. i. Geor. Ter ſunt conati. ¶ Omnibus modis. omni uia, omni ratione ¶ Enixim. Enixim Vehementer, Enixim & efflictim aduerbia ſunt elegantiſſima, uehe- Efflictim mentiam importantia, ſed uſitatius efflictim quod uehementer & per dite ſignificat, quemadmodũ ubertim, abundanter & large ¶ Heu. Dolentis ¶ Penula & bardocucullus. Penula ueſtis eſt quam ſupra Penula tunicam accipimus, ego puto alias Mantelũ dici tegmen & amiculũ Mantelũ ad fallendos imbres, gręci Mandyam uocãt, Qua dictiõe Plautus uti tur in Captiuis, & Pli. li. vij. na. hiſto. quamuis aliqui latinũ eſſe negẽt ¶ Bardocucullus. & Sanctonicus cucullus a Satyrico nuncupat̃ Sa- Bardocu cullus ty. iiij. & ſaty. vi. Martialis item, Interit, perit, interceptus frãgitur, ſed interire plus eſt quã perire, ¶ Rumpunt ſinum, exinuant inuolucrũ ¶ Miſero mihi. q. d. innocenti, Nam miſeros etiam dicimus innocen tes Saluſtio auctore, Vnde ſupius iudicis tribunal appellauit, quaſi q ius ſufferre quiret, ſi uim effugere poſſet. ¶ Permittito. alia uia expe ritur, ſi efflagitari poſſet. ¶ Quodcũq; rerum. qualiſcũq; ſit res, quã ſinu occulte geris. Vltro. libenter non exactim & extortim. Iubes fidem. ideſt uis fidem tuã interponere. Fideiubeo. ideſt fide mea te

Statim iubeo. Statim. continuo,& ſtatim perpetuo ſignificat æqualiter &
uno ſtatu,Plau.ita ſtatim ſtant ſigna, Sane modo fiet metuo ne anhe
litus,ſpiritus,halitus,Plau.in mercatore,Animã nequeo uertere,op-
primat, occupet iugulum,intelligimus arctatis faucibus conſtrictum
teneri quam tenaciſſime.

Lix.Sic ſta Ariſt.fugã capeſſit Hel.interdũ manet.
SAL.Mane fugax BVT.non ædepol ſi libere
Meme ſinatis fugio LIX.currite heus perniciter
Quiſq; optimus,plicate cincinnis manus.
Sycophanta magnitate perfidiæ extimæ
Num iam redis? BVT.ſic anteuortebant uiam
Iſti appetones,ut ne mus eroderet.
LIX.ligate furcifero manus ſimul & pedes

¶ Lixa ſic ſta.Siſtit Buttubattã ſed euadit e manibus prehenſantium
Inter fugam capeſſit,uidet fugitantem. ¶ Inter dũ. Inter particula totũ nõ
nũquã ſignificat,ut interbibo Apule.i. Metamor.Inter totum ſcilicet
corripe dũ manet. ¶ Heus perniciter, Celeriter rapide,uelociter.Per
nix enim uelox eſt,Vir.Pedibus celerẽ & pernicibus alis, Silius,Gens
Pernix pernicibus ignea plantis,Et pernix perſeuerantem ſignificat a pernitẽ
do,auctore Seruio ¶ Plicate cincinnis manus. capillis intrichate Eſt
cincinnus capillus intortus & molliter inflexus uti in uitibus,colliculi
Cincinnus ſunt capreoli Varrone teſte,Hinc Cincinnati,capillati capillo intorto
& criſpulo,quod uitij nomẽ in delicatos & comę curioſos regeri ſolet
Hieronymus ad Demetriadẽ Cincinnatulos inquit pueros & calami
ſtratos uirgo deuitet,Miror Plauti gloſſematũ, ꝙ calamiſtro intortũ
inuſtumq; dicit,Marcello pręeunte pręſertim Plautus in captiuis,Cri
ſpus cincinnatus,M.Cicero in oratiõe contra L.Piſonem Erant illi cõ-
pti capilli,& madẽtes cincinnorũ fimbrię, Satyricus, Altius hic quare
cincinnus,&c.Hieronymus in Ezechiele,Martialis,annulum uocat ca
Sycophãta pillum intortum. ¶ Sycophanta. reducunt pręhenſum capillo, Sy
cophanta,audax,improbe,fallax,calumniator,a græco tractum Nã
illi σύκοφαντισθαι dicunt calumniari,Vnde ſycophantę quorum eſt
perturbare rem bonã & curare malam,doloſi & fallaces, Vnde Syco
Magnitas phantię fallacię Plautino uocabulo dicuntur,& doli uafricięq;. Mag
nitate,magnitudine,Actius in uacres,Namq; ſat fingi neq; dici poteſt

pro magnitate. Perfidię extimę. ultimę,extremę,Ab extra duo ſuperlatiuí,extimus & extremus inclinantur, Priſci.de ſuperlatiuo nomine. Num. particula ſubiunctiuo & indicatiuo adhęret,Diomedes eſt auctor,Recipit & aliquando nam per parelcon Terētius,Hem num nam perimus. Anteuortūt. anticipant,antecapiūt,pręueniūt a uerto & uertor antiquorū deriuationes ſunt deuortor,pręuortor,& circūuortor Plau.in Pſeudo Iſte appetones. mei tam cupidi & appetētes,qui tam cupiēter meme cohibere deſiderāt, Eroderēt. rōdēdo corrumperent,deterrerent. Lixa ligate. cautius acturi manus uincire uolunt.

Extimus
Extremus
Num
Āuorto
Appetões

BVT.Ne amice lixa cæterique complices
Vincite ueſtrum amœnum & aptum bibeſium,
Atque popinonem egregiū ac aridum æmulum.
ARIST.O palpo,nemo blandior palpator eſt.
SAL,O blandicella uerba LIX.proh deū fidem
O ſinguli uos flocciores uellere
Deinde leuiores pumice,ut non cōpedes
Siue manicas huic adhibeatis ferreas.

Buttubatta ne amice. ecce quā blanditer uincula deprecatur,Inqt enim,amice & complices ueſtrum & optimum & egregiū, obſecrat ergo ne uinciant. Complices. bono & decenti uocabulo uſus in cōtubernio ludionū,eius meminit Saluſtius ubi ſentinā cōmanipulonū Catilinę recenſet. Amœnū & aptū. Apto exaduerſum dicitur ineptus,cuius cōſentaneo gręci carēt,ut ſcribit Cice.de oratore li.ij. Bibeſium. bibēdi cupidum,ſicut peredius,apud Plau.require in Caſſina, ſed uſitatiora ſūt bibax,biboſus,& bibulus. Popinonē egregiū.luxurioſū epulonē guloſum cōpranſorē,cōuictorēque & tabernariū,ganionēque egregiū a popina,cui ſe dedunt,ad captādas cupedias,q̄s antiqui catilōes gręci ασωτους,nr̄i ędaces uoraces lurchones, māducones & mandōes uocitāt. Ac aridū ęmulū. ſiccū,ſitibundū imitatorē,& minime ſobrioſū,Palpo. imputat blādicella uerba Ariſtophorus exclamanter ſimul ac riſorie,uentum eo ſignificans ut blandis obſecrationibus uti cogat. O palpo. adulator Plau.in mercatore,palpo percutis Horatius,Cui,male ſi palpare recalcitrat undique tutus Significat etiā mitigare & mulcere,Apule.libro v.Metamor. Blandicella uerba. blanda & lenia,mellita,p diminutionē blādicella dicimus uerba Feſt.

Bibeſius
Popino
Catilones
Manduco
Mandones

Lixa. impatienter fert lixa complices per lubrica Buttubatt ę blan
dimenta ſeduci decipiq́ꝫ, Inclamat igitur ad obſtringēdum uinculiſq́ꝫ
Proh impediendum. ¶ Proh deum, apta exclamatio iniuriam pacietis &
prope tragica. Oui. li. xiij. proh iupiter inquit ante rates &c. Vir. Proh
iupiter ibit, Saluſti. in Catili. Proh deum atq́ꝫ hominū fidem, Priſcia. li
Floccus bro. xiiij. dicit interiectiōis loco ſic poſitam circumflecti. Flocciores.
leuiores, a floccis qui in panno & uellere eminent particulę extantes q̄
forficibus reciduntur, Cornelius Celſus inter ſigna ægroti mortifera
eſſe dicit ſi floccos colligit, Plinius q́ꝫ ſępiſſime meminit, A flocco floc
Floccifacio culus per Pliniū trahitur li. xvi. de robore, Inde uerbum floccifacio, ꝓ
contemno & nihili facio, nec pluris quam ſint floccipendere, Plau. de
Naucifacio lenone in Rudente, Et flocci nō fecit fidem, Cęterum Naucifacere pro
eodem ſumit idem latiniſſimus poeta, Pręterea uerbū defloccare ideſt
deterere, atterere, apud Marcellū, corrupta eſt dictio deflaccare in eo
Deflocco ſignificatu, Nam flaccus ſignificat lāguidum priſca dictione uietū &
Deflacco mollem, inde deflaccare, Inflaccare uerba uetera, & flaccidus. Pumi
Pumex ce. leui lapide, cauernoſo, Pumicem genere uirili protulit Maro. Ca
tullus muliebri, Plautus leuius pondus excogitauit, Nam fidem leno
niam tipulæ comparat, qua beſtiola nihil eſt leuius, & alibi, leuior quā
pluma peſſime & nequiſſime, Prouerbium fuit apud ueteres, a pumi-
Cōpedes ce aquam depoſci, Plautus in perſa ¶ Compedes. non a pedibus ſed
ab impedimento dicuntur, Iuuenalis, Squallidus in magna faſtidit cō
pede foſſor Generibus uinculorum Plautinus ſeruus in Aſinaria com
pedes adnumerat, cōpedes igitur, ideſt tendicula & laqueos, Inde cō-
Cōpedio pediti ideſt uincti, Et Compedio uerbum, ſicut impedio, Varro, & pe
des corrigijs compedio, Extat Catonis ſcitum memoratu nō indignū
fures priuatorum furtorū in neruo atq́ꝫ compedibus ętatem agere, Fu
Manica res uero publicos in auro atq́ꝫ in purpura ¶ Manicas. modo uincula
Vir. Manicas atq́ꝫ arcta leuari, uincla iubet, Alibi Veſtis partem ſigni
ficat, Virgilius libro. xi. Et tunicę manicas.

B. blę S. muſſitas? B. blę A. blateras? B. blę L. balitas
BVT. Quid ni? cum ouis ſim lanam ita decerpitis
Mihi, & caput pilatis, hinc cohibete uos
LIX. Quare ſcelus mendacibus uerbis tuos
Fidos ſodales ludis? & contemptui
Habes? SAL. dein, quare tenes ſuſpendio

Animos ſodalitatis? HEL.an te non pudet
Cœlare quod promiſeras oſtendere?

¶ Ble. onomatopeiam eſſe Diomedes ait, cum dictionē fingimus fi Ble
guramuſq; ad imitandam uocis confuſę ſignificatiōem, uti cernere da
tur apud Dona. in Ecyra de uagitu, & Barrus elephas, a ſonitu uocis
atq; is barrire, dicitur. ¶ Muſſitas. nō intelligit plane ſalax quid hæc Muſſito
uox ſibi uelit, Vnde ait muſſitas, improprie dicto uerbo ad ſignifican
dam eam uocē, Muſſitare enim tacite cū murmuratiōe cōqueri ſigni
ficat, a muto uel ab m litera quę eſt nimiū preſſæ uocis ac pene nullius
Vnde Apuleius, demuſſata temporali cōtumelia, Vir. Muſſat rex ipſe Mutito
latinus, aliud uero mutitare Gellianū uerbum, ſignificat enim cōuiuiā
mutua agitare. ¶ Blateras. quod proprie notat cū clamore ſtulte de
ſe iactare & pcupide loqui, camelorū uox, ſine c prima correpta apud
Horatiū legitur, magno blateras clamore fugiſq;. ¶ Balitas. Frequē Balito
tatiuū a Balo as, quod frequentiā ſignificat actus & ad ſignificandam
impudentiā non incongruū, Varro li.ij. agricolationis, Lixa. hunc ſo
num ſignificanter idonea dictione explicat, Nam Ble uox eſt ouium
quę Balare dicuntur, Oui. (ſi eius eſt opuſculum de uocibus animaliū
quod ego hęſitāter approbo) at pia balat ouis, Plautus in bacchidibus
frequentatiuo utitur, cum hęc eunt ſic a pecu balitantes Quid ni? q.d.
an non balitem, cur nō. Pilatis. ideſt depilatis & pilos detrahitis &
depilem facitis, Inde ſuppilare & cōpilare. Cohibete uos hinc. ſimul
abite, recedite ¶ Ludis, ludificas, decipis, circumfers, hoc enim ludo Ludo
cum caſu accuſandi ſignificat, Plautus in Trinūmo, ludam hominem
probe ¶ Dein. Inſuper, ¶ Quare tenes, moraris, detines, ſuſpendio
ambiguitate ſollicitos. ¶ An te non pudet. non uereris, non es ea ue
recundia, qua deſiſtas, Pudere uerecundię eſt, ſicut pigere pœnitentię Pudet
¶ Quod promiſeras. quia non ſolum rogatus ſed coactus etiā ſpon Piget
dere, Cęterum pollicitatio & promiſſio eandem uim habēt, niſi quod
pollicitatio maioris eſt aſſentatiōis Et ſignificat promittere nō ſolum Polliceor
polliceri ſed ad magnitudinē q̄q; nutrire Inde ꝓmiſſā barbā dicimus. Pror

ARIST. Non te piget mendacij tam uarij?
LIX. At nunquid autumas aſellos eſſe nos?
SAL. Anne cuculos nos eſſe cocytos ue ais?
HEL. Quid? nos gracillare eſt opinio tua?
Gallinæ inſtar, ſiue cucurire ſic

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

Vt galli aſſolent, inepte, nos uiri
Etiam ſumus, quos ſpernier uitio damus.

Autumo

Cuculus

Noctua;

¶ Tam uarij tam multiplicis, tam improbi. Nunquid autumas. opinaris l exiſtimas, cenſes, id ſignificat autumo, Verbũ Plauto uſurpatiſſimũ & ut ſcribit Gel. li. xv. P. Nigidius ex ab ꝑpoſitõe & uerbo ęſtimo cõpoſitũ putauit, dictumq; interciſe autumo quaſi ab ęſtimo, q̊d ſignificat totum ęſtimo tanquã abnumero, Sed Nigidianũ hoc interpretamentũ argutius quã uerius eſſe uidetur, Apulei. Sęuia & grauia ſomniare autumãt. ¶ An ne cuculos. auis eſt in orbe noſtro famatiſſima κόκκυξ υγοσ gręce a κοκκύζω quod nos cuculare dicimus. ¶ Cocytos ue aues. ideſt luctus alites hoc eſt noctuas. ¶ Gracillare. gallinarum uox, Cucurrire ſolet gallus gallina gracillat, Ouidi. in carmine de uocibus animalium, Argumento gracilitatis in uoce uiros non eſſe contendit. cum uiris uox ſit maior, quam rem Ariſtoteles in proplematis diſputat, Cæterum corpus eſſe uocem Lucretius probat in quarto philoſophię, gallinę inſtar, Seruius grammaticus inſtar prępoſitionem recipere negat, licet Serenus lyrirus ad inſtar dixerit, Apud Apuleium quoque ſcriptorem latiniſſimum frequentiſſime cõperies iunctũ ꝑpoſitioni, pręſertim in Metamorpho. Inque libello de dogmate Platonis, nec non in coram per αρχαισμον, Phocas grãmaticus & omnia inquit ad inſtar tercij ordinis declinantur, Et Priſcianus in libello de accentu, Feſtus Pompeius in dictione Aquilonis uenti, & cæ. Plures adducere pertęſum eſt ad refellendum Seruij dogma. ¶ Viri etiam ſumus. ¶ Viri nomen ad laudem ſumi ſolet Terentius, Virum te iudico, Et in Eunucho, tandem perdoluit, Vir es, Antiquum fuit cõuicium, exprobantium ignauiam, quo quis uir eſſe negabatur, Quintus Curtius libro octauo, Cepit poſtulare ſi uir eſſet, poſtero die ſecũ ferro decerneret, Nonnunquã maritum ſignificat, animalibus adiunctum uocabulum, Virgilius, Vir gregis ipſe caper, Eſt quoque quando uir ad ętatem & probitatem non ad ſexum refertur. ¶ Spernier. Sperni, Er adijcitur more comicorũ per paragogen, uti poteſtur pro poteſt, Diomedes. ¶ Vitio damus. ¶ Vituperamus, culpamus, Terentianum ex Andria.

Inſtar

Vir

Spernier

¶ ARIST. Immo uiri nõ fœminę. BVT. porcos, ſues
Scrofas graues uos iudico per herculem,
Nunquã ædepol homines ſuatim grunniunt.

LIX. Et tu haud homo es,ſed mõſtrũ abortiuũ ni
Sceleſte & impudice leno trifurcifer. (mis.
SAL.Buſtirape,uerbero fugax,fugitiueq́3
HEL·Socifraude flagrio,nequam nequiſſime.

¶ Immo etiam. hoc aduerbio oſtendit̃,quis prompte & inſtãter agere quod promiſit ¶ Non fœminę. Idonei auctores a fœmine dictas putãt fœminas,aut quia in fœmine diſcretio ſexus eſt,Vel quia fœminibus ſunt craſſioribus,vel ꝙ in uenerem ſũt magis pronę,cuius ſedes in femoribus eſſe fertur,Iuuenalis,ac ſummũ dominę femur exclamare coegit,Vt cumq́3 fuerit,illud apud Ariſtotelem conſtat de animalibus uolumine.ix.Malicioſiores,aſtutiores,inſidioſiores fœminas eſſe quas Pittacus regẽdas a uiris docet,Ediuerſo mares animoſiores,ſimpliciores,minuſque inſidioſos,fœminarum igitur famliares eſſe dicũtur,artes,doli.fraudes,decipula,Extant apud grecos uerſus παροιμιωδεισ ideſt prouerbiales de fœminis, Qualis ille, θησαυροσ εσι των κακων κακη γύνη ideſt Theſaurus eſt malorum mala fœmina,Item θηρεωνα παντων αγριωτερα κακη γύνη,feris omnibus truculẽtior mala fœmina Item, θαλασσα καὶ πυρ καὶ γύνη κακα τρι ¶ Mare & ignis & fœmina mala tria Item,πᾶσα γύνη χόλοσ ἐσιν ἔχει δ᾽ἀγαθασ δύο ὥρασ την μιαν ἐν θαλαμω την μίαν ἐν θανατω ideſt omnis mulier bilis eſt, habet autẽ bonas duas horas,unã in thalamo,unam in morte,Et illud Eſopi κουφοντο των γυναικων εσὶ φυλον ideſt leue ẽ fœminarũ genus in quibus fidem cernere nõ datur ¶ At cõtra earũ auariciã illud extat prouerbiale Nec mulieri nec gremio credẽ dũ Sed iam receptui canã Nam uindicta nemo gaudet magis quam fœmina Et Sapiens inquit Periander,πασιν αρέσκε ideſt omibus placeas. ¶ Porcos uiros nõ eſſe. Facile cõprobat ex incõpoſita uociferatiõe ſuatim grũnientiũ.Porcus ſabinũ eſt uocabulum ut ſcribit M.Varro. ¶ Sues. ſus a græco dicit̃ illi enim συσ συοσ dicunt,ideſt ſus ſuis Scrophas intelligi uolũt quę ſępius enixę,Sues quę ſemel,fœminino genere Horatius ſuem protulit, Virgilius,Genere maſcu.Au.Gellius libro.xviij. ¶ Suatim. more ſuum,ſicut Canatim & Bouatim,auctore Nigidio in cõmẽto grammatico,Grunnire ſuum eſt clamor,Feſtus,Cicero in Tuſcu.queſtio. Iuuenalis Satyra.xv.Veteres etiam Grundire dicebant, Vnde lares grundiles dicunt̃ romę cõſtituti ad honorẽ ſcrofę,quæ tringinta pepererat porcos,Diome.Anto.Geta romanus imperator hoc familiare tenuit

Fœmina

Suatim
Canatim

Grunnio
Grundiles lares

ut grammaticis quęſtiões proponeret, diceret quomodo ſingula ani
malia uocem emitterent, Onomatopeia tropos fictio nominis eſt, gręcis inter maximas habita uirtutes, nobis uix permiſſa, Quintilianus li.
Homo octauo. ¶ Et tu haud es homo, Hominis appellatione mas & fœmina cõtinetur, Ser. Sulpi. in epiſtola ad Ciceronẽ, Et illud Satyrici comprobat, licet & mare cœlo, confundas homo ſum, Hominẽ Varro, bullã eſſe dicit, Varia tamẽ apud Scriptores hominis eſt finitio Philoſophi ex anima, corpore & umbra cõſtare dicunt, Sacris literis nõ nihil poetę ſubſcribunt, hominẽ eſſe dicentes cinerem & puluiſculũ, Perſius, Cinis & manes & fabula fies, Hora. Puluis & umbra ſumus Colludit etiã Phocylides λυομένοι κονισ ἑσλεν, ſoluti puluis ſumus, Quid eſt homo inquit Seneca, Quaſſum uas & fragile nudum & ſua natura inerme, alienę opis indigens, ad omnẽ fortunę cõtumeliam proiectum &c. Et ut Plautinus ait prologus, quem dĳ quaſi pilam habent, Et tamẽ cum neq; miſerius nec fragilius homĩe ſit quicquã, eodẽ nihil eſt ſuperbius nihil item crudelius. Vnde Plauti mercator hominẽ homini lupũ eſſe lepidiſſime oſtẽdit, Plato hominem eſſe ludibrium dei ſcribit, Finiuit preterea hominẽ hac oratiõe, Animal homo eſt bipes ſine pennis, quę finitio Diogenis reprehenſiõe nõ caruit, eo ꝙ cõmunis & uaga nimiũ eſſet. Abortiuũ. quod & abditiuum dicimus, Abortiuũ inquit mõſtrum non uulgare uult dicere, turpiſſimum, immaturum & informe
Leno ¶ Leno. nomẽ eſt ſacrilegũ & iniuſtum eius qui iniquitatẽ agit, iniuſticię patrocinatur, Cõuicium igitur acerbiſſimũ. ſic Teren. Vah leno A perductore hoc differt, Q; perductor earum eſt ꝑſonarũ in quibus ſtupra exercita legibus uindicantur. Leno ſcortorũ. Lenociniũ facere quis dicatur apud Vlpianũ eſt libro quarto digeſtorũ, & Lenocinari uerbum inuenies apud Pliniũ in epiſtolis datiuo iũctum ubi ait, cũ illi neceſſitas lenocinetur, Item, quanquã libro iſti nouitas lenocinetur, ¶ Trifurcifer, tri, particula augificat, Plau. in Aulularia, Non fur ſed trifur. ¶ Buſtirape, buſtorũ temerator & uiolator, unde Caluariam rapuiſti, Pœna per Solonem in LL. cõſtituta fuit, Si quis buſtũ aut uiolaſſet aut deieciſſet. ¶ Fugitiue. ſeruile cõuicium Cęterũ Varro a fu
Fugitiuarium gitiuo fugitiuariũ dixit locum. Soci fraude. perfide in ſocios,

ARIST, Nihil reſpõdes? digne qui crucium feras.
BVT. Etiam peroraſtis ne tandem? inania
Omnis boni mancipia. blaſphemi nequam.
Vel ſic putaſtis hoc iocale de ſinu

**Meo exterebrari poteſſe.aliter fuit**
**Agendum apud malignũ & infamẽ uirum**
**Qui nullam honoris aut probri rationẽ habet.**

¶Digne qui crucium feras. ſuppliciũ,a cruce Cruciũ trahimus ana-
logicos,ſicut a luce luciũ Antelucio inquit Apuleius uolo ire,& Cru- Peroro
ciarius dignus cruciatu, Cruciũ uinũ dixit Lucillius, a cruce Plautus
etiam Crucisalum deriuauit ĩ bacchidibus,& Cruciabilitatẽ in Ciſtel
laria.¶Nequiſſime nequã: Quis proprie nequã dicatur Au. Gelli.ca Nequam
put habet li.vij.ca.xi.¶Peroraſtis ne tandem. finiuiſtis ne tandẽ ora
tionem Et Perorare alias obtinere ſignificat Dona.in Ecyra. Quintili Tandem
anus in cadauere filij perorat,Luca. in.x,pharſalię,facies inceſta per-
orat,Plura Cicero de peroratione in ſecundo libro de inuentiõe,Quã
Victorinus Epilogũ uocat.¶Tandem. Expletiua particula hoc in lo Mancipiũ
co,Cicero,Quouſq; tandẽ abutere Catilina patientia noſtra,alias pro
tamẽ &,nonnunq; pro ſaltem.¶Inania. uacua carentia,¶Mancipia,
Conuiciũ hoc a conditiõe tractum,Mancipia uero q manu capiant
& Puella ſeu uirgo mancipiũ in Eunucho Terentiana dici reperitur.
Blaſphemi.maledici,execrabiles,gręca eſt uox Illi enim ϐλασφημέω Iocalia
ideſt maledico pronunciant,uel,etiam, Sic,¶Blaſphemando, Hoc Terebra
iocale,precioſum monile aut torquem aut huiuſmodi ornamentũ Cõ
dalium u el annulũ & cętera id genus iocalia dicũtur, quorũ Plautus
in Menechmis recordatur.¶Exterebrari. terebra inſtrumentũ ad te
rendũ mordendumq; aliquid,inſtrumentũ hoc genere fœminino a la Terebro
tinioribus enunciatũ Victruuius Pollio de architectonica uolumĩe.x. Scobs
Plinius li.vij.ab artifice Dedalo inuentam fuiſſe memorię ꝑdidit, Co
lumella li.iij.ca.ix.uerbũ terebrare duxit a Terebra ubi ait Quibuſ- Poteſſe
dã antiquorũ terebrari uitẽ placet,Vir.li.ij.ęne. Aut terebrare cauas Poſſetur
uteri & tentare latebras,Perſius Sa.v.digitis terebrare ſalinũ, ſcobem Poteratur
id uocamus q̃d per terebrã & ſerram in perforandis lignis teritur atq;
educitur.¶Poteſſe. poſſe αρχαιμοσ Plau.in Menechmis, Clanculũ
te iſtec flagicia facere cenſebas poteſſe,Et Poſſetur pro poſſet, poteratᷓ
pro poterat,poteſtur pro poteſt antiquitas protulit.¶Aliter fuit agen Quid in co
dum. ſentẽtia hęc ηθικωσ dicta ueriſſima eſt,cui Plautinus orator ſub mœdijs de
ſcribit,ubi inquit Iuſta ab iniuſtis petere inſipientiũ eſſe,& malos fuge lectet
re quęcũq; bonũ oportere Solon.admonet,ait, κακουσ μίσει ideſt ma
los odi Et Cato ſapientiſſ. ἀγαθοισ ὁμιλει,bonis conuerſare,Itẽ Pytha
goras ποιευ φιλον οστισ ἀριστοσ,fac amicũ quicũq; optimus,Sciendũ
tamẽ grauiſſimas in comœdijs ſentẽtias dari ſeruis perſoniſq; ridicu

lis eo conſilio uti delectent, Quale eſt apud Plautum Vbi miles ſuam admiratur fortunã, ait enim Nimiã miſeriam, nimis pulchrũ eſſe hominem, Et Soſia Terentianus Ne quid nimis, q̃d ſic gręce ſonat μηδὲν ἄγαν neq; nimium, Sed ꝙ perſonę uiles ſunt, nec de honeſtat̃ ſententia Nam prouerbij uice antiquiſſimis celebratus eſt uerſiculus iſte Sæpe etiã eſt olitor ualde opportuna locutus, Tu quid ſentẽtia ſit apud Virginium. Cornificium uel Ciceronem comperies quarto rhetoricorũ ¶ Apud malignum. conſuetudine maliuolum & infamem uirum, inhoneſtum, & defamatum, improbum & impurum. ¶ Qui nullam habet rationem. reſpectum, ¶ Honoris aut probri. opprobrij, flagicij, dedecoris, Pro maledictis & conuitio probrum ſumitur nonnunquam Cicero ad atticum, Epiſtolas multi legerunt plenas omnium in me ꝓbrorum. Vlpianus Iuriſconſul. probrum & opprobriũ idem eſſe cenſet.

Probrum

Frugi homo ueretur opprobrari & obloqui
Famamq; denigrari obitam iniuriis.
Contra infimatis quilibet ſycophantulus
Laudes & opprobria inuicem iuxta æſtimat.
Maledicta hæc benedictiones arbitror,
Quod ſi uelitis bellũ hoc & lepidũ HEL. quid eſt?
Ai. SA. q̃d eſt? modo dice pax LIX. agedũ q̃d eſt?
ARIST. Sinite eloqui quod deglutator cœperat.

¶ Frugi homo. a gręcis χρήσιμος, nomen eſt indeclinabile, Apud romanos Lucius Piſo primus frugi cognomentum habuit, Cicerone in Tuſculanis quęſtionibus & Aſconio Pediano auctoribus. Vnde Lucium Piſonem aſpernari dicit moribus nomen familiæ ſuæ inditum, Donatus utile interpretatur, hinc ſeruus frugi hoc eſt utilis & prope neceſſarius A fruge frugi ſicut a nihilo nihili Priſcianus deriuat in ca. denominatiuorum libro quarto, Ennius annalium nono, Pro frugi homine frux homo ſcriptum reliquit quod adiectiue accipimus, Vetuſtiſſimi em̃ (teſte eodem li. v. & frux & fruges noĩatiuũ protulerunt Inde d̃tius frugi figurate cũ om̃ibus alijs caſibus & generibus poteſt adiungi, quemadmodum cordi & genitiuus nihili & cętera, ut frugi

Frugi

homo,frugi hominis,Nihili homo,nihili hominis Cordi homo,cordi
hominis &c.eodē Priſciano auctore libro ſexto & libro derimo octa
uo.¶ Opprobrari, maledicere, conuicium facere, & Obloqui. Obloquor
contra loquentem loqui,Seruius in ſexto commentario, & pro detra
here accipere ſolemus Nam qui cotra aliquem loquitur ei detrahit.
¶ Obitam. ſubiectam,obrutam,ſubductam. ¶ Contra. ediuerſo, Contra
econtrario,Econtra,quod latinum eſſe negant,Cicerone refragante in
Bruto,Econtra tenues acutiora docētes,& Apuleio libro Metamor.ij Econtra
& Seruio in duodecimo cōmentario,Vlpiano de tranſactióibus,Mar
cello,& Africano Iuriſconſultis.¶ Quilibet Sycophantulus infimatis, Infimatis
infimo loco natus,ſicut ſummatis p̄potens & ſummę cōditionis ac po Summatis
tentię,Apuleius,beniuolis p̄ceptis ſummatis deę recreatus.¶ Eſtimat
iuxta. prope.Saluſtius horū ego uitam mortemq́ iuxta ęſtimo,Ad- Iuxta
uerbiū eſſe Priſci.docet li.xiij.Maledicta hęc bene,arbi,Malorum ho
minū iſte eſt arbitratus, Sapiens Cleobulus aliter nos monet κακολο
γιασ απεχου dicēs hoc ē maledictionē abſtine. Et Pittacus, Ne inimi
co quidem maledicere permiſit,Maledicta dicta iūgit Plautus in Aſi
naria & Curculiōe,Quibus aures in linguā confluunt Zeno non pro
bat philoſophus,Et Plautus,Mali ſunt homines qui dicūt bonis male,
Indignis ſi male dicatur maledictum id eſſe Plautinus Curculio diffi
niuit,Verum ſi dignis dicatur,benedictum eſt meo quidem animo.
Q ſi uelitis bellum hoc & lepidum. eclypticos,figura hęc familiaris Bellum
eſt comicis,bellum hoc,ideſt ſcitum,decēs,pulchrum,a quo bellulum
dicimus & belle aduerbiū.¶ Et lepidum. politum,id enim lepidum Lepidum
ſignificat,a λεπι ideſt lamina,Donatus in Andria eos in quo leporis Lepos
eſt plurimum lepidos dicit,Nam lepos uenuſtas eſt.¶ Bellum hoc &
lepidum.¶ Arte utitur ſemiplena dicendo ut interrogare cogat aui-
dos,& deeſt uidere per Apoſiopeſim ideſt reticentiam. Concurrunt apoſiopeſis
autem perſępe Eclypſis & Apoſiopeſis.In utraq́ enim aliquid deeſt,
¶ Ai. Aio uerbum prętérito perfęcto deficit,coniugationis eſt quar Aio
tę,quod imperatiuus probat i finiens,Neuius,ai aut nega,& Actius ai
bant pro aiebant,Quod in hac cōiugatione fieri ſolet Priſcianus libro
decimo,Dice pro dic per αρχαισμον.& ita poſitū apud ueteres reperi Dice
tur,eoſque eruditos quemadmodum face & duce, auctor eſt Diome
des.¶ Agedum. hortantis eſt,adiuuans ex animo loquentem,Terē Agedum
tius,Agedum hoc mihi expedi primum,Age ſingularem numerum
deſiderat,agite pluralem,Agedum utrunq́.¶ Sinite eloqui. effari
quod deglutator,lurcho,Heluator,a uerbo glutare quod & glutire di
cimus,Feſtus.

BVT. Quod ſi uelitis pulchrū hoc & lepidū ſimul
locale, quod dudū ſinu inſinuaueram
Oculis uidere ac digitulis contingere,
Non uerbera, at uerba opus erunt mellaria
Rogationes, ſupplicatio frequens
Exoſculatioqꝫ item hymnus & preces.
SAL. Hoho deus larualis iſte ganeo
Gurguſtio utetur pro æde mehercule,
Vult ſupplicari ſibi quaſi cuidam deo.

¶ Digitulis contingere, diminutiuū decentiſſimū poeta formauit.
At uerba opus erunt. Diomedes apud ueteres reperiri putat ferme
**Opus eſt** cū omi caſu, opus ē, ueluti, Eſt opus mihi hęc res, huius rei, huic rei, hāc
rem hac re, Sed obſeruandū maxime, ne nos (uti gręcos dicere cōſtat)
itidem loquamur, Illi em̄ χρέιαν ἔχω, uſum uel opus habeo, & χρέιαν
ἔιχον opus habebā, Nos uero opus eſt mihi, & opus erat mihi, uerum
Eſt opus illam rem, non opus eſt illa re, inquit Donatus in Andria Ego
ad emendandū textum in andria hęc dixiſſe Donatum affirmauerim
Nam in Phor. caſui auferēdi cōſtruit, ubi ait quid uerbis opus eſt Ver
ba mellaria, mellita. melle condita, dulcicula, A melle trahuntur melli-
**Mellaria** cula mellilla & mellaria Plauto & Apuleio teſtibus, Verūtamen mel-
laria proprie dicimus loca ubi apum ſiti ſunt aluei, M. Varro in agrico
latione li. iij. & Au. Gel. li. ij, quę loca Mellitonas & mellitrophia necnō
**Rogo** Apiaria uocare cōſueuerunt, Rogationes, petitiones, Nā rogare prę-
ter cęteras ſignificantias etiā poſcere ſignificat Plautus in aſinaria Spe-
ctandus ne cui nam ullum det neqꝫ roget, Cęterū rogationes quæ a ro
**Supplicatō** manis magiſtratibus fiebant ad populū quales fuerint non latet nos,
Supplicatio quoqꝫ frequens, Supplicationes Supplicia quoqꝫ dicuntur
Saluſtius in Catilina. Nō uotis neqꝫ ſupplicijs muliebribus auxilia deo
**Frequens** rum parantur, Frequens dicitur quod nō modo adeſt ſed adhęret etiā
**Hymnus** Dona. in Andria, Vnde militem apud ſigna frequentē appellant hiſto
rici, Item, ſimiliter itidem, ὕμνο laus ab ὑμνέωσ quod laudo deos, ꝓprie
ſignificat, Ho Ho, miratur ſalax hunc de ſupplicationibus & hymnis
dixiſſe tanquā ſe deum adorari uelit, larualem igitur deum uocat. q. d
**Larua** deus ſi eris, laruaLis deus nobis habebere, Laruas a Martiano Manias
accipimus dici, Auguſtinus & Apuleius in dęmonio Socratis ſcribit,

animas hominum deprauatas & malis uitæ meritis maculoſas,quæ a corpore ſeiugatę terriculamentum ſunt mortalibus,occurſaculaq; nocturna laruarum cõtineri nomine Hinc laruale,deformatum,pallens luridum,euiſceratum,emaciatum ac prorſus horrendum ſicuti larua eſt, Hinc etiam laruati ideſt furioſi & mente moti,quaſi laruis exciti,Apud Horatiũ,Larua pro perſona accipitur, & neſcio an aliubi reperies. Ganeo. ueteres ganeum meretricum tabernam dixerunt ἀπὸ τῆς γῆς ideſt a terra,quod ipſa ſit in terra,hinc Ganeo deducitur qui ſequitur meretrices, Facecia de Guloſo quem & ganeonem dicimus,a Marulo Mimographo extat, Tu hectorē imitaris,ab ilio nunquam diſcedis Gurguſtio. tuguriolo,caſula,domuncula ex uiminibus cõcinnata ad prēhendēdos piſces idonea,Plautus in milite piſcium uocat excipulam,ab eo latiniſſimus Apuleius(quem quidam minus latinum,q; nouator ſit uerborum,exiſtimant,Sed nõ legunt in tertio de oratore Ciceronis,Nouationem ſi decēs fuerit ad illuminandã illuſtrandamq; orationem pertinere) gurguſtiolum ὑποκοριστικῶς formauit,Iob in ſacris literis capite.xl.cõmeminit. Supplicari. diis proprie ſupplicamus,quod in aduerſis malis uel cum lachrymis fieri ſolet,Plau.in Rudente,ſi quis pius eſt diis ſupplicans.

Laruaſis
Ganeum
Ganeo
Gurguſtiũ
Supplico

BVT.Quid tum ſalax? ubi hiſtrionum ſim deus
Nonne hiſtrionica arte plus prępolleo
Prę cęteris quos nunc ſciam iocularibus?
Sed ſupplicate vos breui,eſt paucis opus
Nam id quod fero dignum eſt pio ſupplicio

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

Plus prępolleo. pręualeo,plus poſſum,a quo uerbo Veteres pollentiam dixerunt Plautus in Rudente,Ne ineptorum potior ſit pollẽtia Quos nunc ſciam locu Modeſte agit futuris nihil pręſcribẽs nihil detrahens, Verũenimuero illa modeſtia ridicula eſt in ludione, quemadmodũ ſententię in ſeruis comicis. Iocularibus Hiſtriõibus Ioco & ludo deditis. Sed ſupplicate uos breui. uerbis breuibus & paucis,Breui particula Ciceroniana in hoc ſignificatu, Nam id quod uero,dig.e.p.ſ.pia & religioſa ſupplicatione, Velut reliquiis ſacris,honorem,ſuo exhiberi uult iocali,Attentos itaq; facere non deſinit.

Prępolleo
Ioculares
Supplicĩũ

ARIST,Tibi ne an iocalibus litabimus?
BVT.Vtriq;,nam quod geſto dicitur ſacrum,

HEL.Oſtende,monſtra,ſocietas una expetit
BVT.At fiat,Ecce,accipite queſo uaſculum
SAL.Vis dicere hanc laruā?BVT.dij te laruent
Quid laruam?eris laruatior manendeis
Si pergis hoc loqui modo,mutito heus

Lito

Tibi. q.d.quando deus hiſtrionum & dici & haberi uis Litabimus? te an Iocale propiciabimus? Litare propiciare deū ſignificat, & ſacrificio facto numen placare,Auctor eſt Macro.Hinc illud Plautinum ex Penulo,Tum me Iupiter faciet ut ſemp ſacrificem nec unq̄ litem. Nam quod geſto Cauſam adiicit,Dicitur ſacrum,Sacrum quid ſit,Imperator docet Inſtitutionum uolumine ſecundo de rerum diuiſione,Quem librum qui citant inſtituta, præfationem non uidentur Imperatoriam legiſſe,Et digeſti ueteris Epiſtolam,quæ limen operis intranti fit obuiam,Sic Imptrator,uiris illuſtribus conuocatis mandauimus ſpecialiter ut ipſi noſtra auctoritate, noſtriſq̄ ſuaſionibus, Inſtitutiones componant,Non dicit inſtituta,ſed inſtitutiones,Inſtituta igitur appellātes de iure ciuili non ciuiliter loquuntur, Hij ſunt(ſed uerbis utar Columellæ)ſine quibus ſatis fœlices fuerunt,futuræq̄ ſūt urbes,Labeonem Antiſtium legimus in Iure ciuili doctiſſimum, Scientia pręſertim grammatica ad enodādos plęroſq̄ iuris laqueos,perusum,quam noſtri legulei refutant & abiiciunt, Inde eſt q̄ infantiſſimis nonnunquā gloſulis,portentoſa uidemus interpretamenta,peſſime de tam eleganti latinitate meritorū,qualia ſunt,olfecit ideſt naſum ad culum poſuit,Et fœnum eſt herba ſicca,Item de legatis.iij.ubi legit Hypothauſtra,locum exponit ubi cubant ęgroti,Item Cæſar Innanū dicit cuidam ineſſe ſtudium,ait gloſator, ante natiuitatem & poſt natiuitatem fuiſſe ſtudioſum,Item de legatis.iij.Lances duas leues,quas de ſigillaribus emi,dij boni quam friuola,quam futilis,& quā ridicula interpretatio,ubi Sigillaria pro genere uaſorum exponuntur,mox tanquā aliquid luculētius excogitaſſet,ait eſſe genus uenditorū, eſt ne hoc interpretari leges an inquinare?talia interpretamēta candidatos legum inficiunt haud dubie,non inſtituunt, Habet tamē hic egregius enarrator ſectatores nō paucos adeo addictos,ut nefas eſſe exiſtimēt piaculūq̄ cōmitti,ſi uel unguē latum ab ipſius interpretatiōe diſceſſerint,tanquā unus atq̄ unicus ſub omni cœlo ſit iuris ciuilis illuſtrator, qui non tantum cutem ſed ſanguinem & medullam legum poſſit eruere,Inde nomen Accurſij merito ſibi uendicet,ſed tardigradus recurrere & ſæpe ſtupens hallucinari uidetur,pręſertim ſub titulo depoſiti

Sacrum

Verba Philippi Beroaldi

ubi dictionem Coſtrophinati explicaturus,ait,uel dic neſcio,Ingenue
nimirum confeſſus,nec uſquam melius,cui pro Grãmatica & hiſtoria
auctor eſt Vgutio,Vnde Caninum(uti ueteres ſoliti ſunt dicere)ſtu-
dium efficiũt,quod a maioribus neglectũ,a nobis etiã conceſſum,&c.
Dictitant aũt leges ſcire,non eſſe uerba earum ſcire,ſed uim &poteſta
tem retinere,In utroq; tamen aliquando cecutiunt & hallucinantur,
Vt cũq; M.Cicero hanc rem diſcutiat in Oratione pro.L. Murena ad
iudices,nos hęc miſſa nũc faciamus. Oſtende. monſtra,Vnde Oſtẽ Oſtendo
tum & mõſtrũ,Sed oſtendunt proprie quęſita. Societas. uno uerbo Monſtro
beniuolentiã captat,Non eñ petimus hiſtriones ſed ſocij,qbus plus q̄
ludiõibus iactãticulis debes,& a re ipſa,nõ petimus inquit ſed expeti-
mus,Expetimus tm̃ ea q̄ honeſta ſunt,& plane bona,Vñ de rebus ex-
petẽdis a philoſophis ſcriptũ eſt,quę ſcilicet peti debent. At. incepti Expeto
ua particula apud ueteres,Dona.in Adel. Nõnunq; etiã ꝑturbationi At
congruit. Ecce. aduerbiũ hoc nõ ponit̃ niſi rei horrendę & repẽtinæ Ecce
ſignificandę gr̃a.M.Ciceroni & poetę Virgilio familiariter uſurpatũ,
Vir.Ecce aũt gemini a tenedo trãquilla ꝑ alta,In opinatũ ꝓnunciat ma
lũ & graue ſatis ac uehemẽs & rem ſemp̄ improuiſam neq; añ a iad-
uerſam,Vir.li.xi.Ecce ſup̄ mœſti magna Diomœdis ab urbe,Itẽ li.vij
Ecce aũt Inachiis ſeſe referebat ab argis,Vis dicere.h.l. Dij te laruent,
cerritũ faciãt,lymphatũ,& inſanũ,furore percellãt,Plau. Certe larua-
tus es aut cerritus,Cuius nõis primã nuper germanus poeta corripuit Laruo
Dicẽte Horatio,Cerritus fuit,aut cõmotę crimine mẽtis. Laruatior Cerritus
terribilior, Manẽdeis. diis manibus,laruis terriculaneis,ruſtici ozel Manendei
los,gręci phantaſmata uocant,ut eſt apud Pliniũ Iuniorem in epiſto-
lis,Mutito heus,Mutire Veteres pro loqui uſurparũt,Ennius,Palam
mutire plebeio piaculum eſt,Perſius,Sa.i.men mutire nefas.

HEL.Papę.Cadauer tanti hoc teſtaceum
Lutoſum & argilloſum & horridulum caput
Formido formam,& oſſa mortui horreo.
BVT.Quam delicatus hic formoſulus puer.
Num tu os times appelle ſeu demortuum?
Os extimeſcas ſi ſapis trilinguidum
Et uiuidũ & pilax,LIX,homo hic ex ſtercore
Vbi volet facit aurum,habenda eſt gratia,
Bene ſtatur,preſtygio hoc ſalui erimus.

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

Pape ¶ Pape. admiratio ſurgit Helluoni quod tanti caluariam faciat Buttubatta, Ea enim interiectione utimur, quocies mira ſubito accipimus Terentius in Eunucho.

Cadauer ¶ Cadauer teſtaceum. ¶ Cadaueris uoce Seruius appellat funus, græci νεκρὸν, Inde famigerata illa Magiæ ſpecies

Necromantia Necromantia ſiue Necyomantia ἀπὸ τοῦ νέκυος a mortuo, & Necromantici, quorum incantamentis mortui reſuſcitari, diuinare, & ad interrogata reſpondere uidentur, Qualia cernere licet apud Homerũ de Vliſſe, factaque Euocatio apud Silium a Scipione, Apud Valeriũ Flaccum ab Aeſone, Apud Papinium a Tireſia, Apud Horatium a

Teſtaceus fœminis ueneficis, Teſtaceum, ex teſta. ¶ Lutoſum. olidum, ex luto obſoletum cœnoſum. ¶ Et argilloſum. Cretoſum, & pingui cœno lutatum, horridulum, tetrum & euitabile. ¶ Formido formam. Horreo, & terreor aſpectu ipſo. ¶ Et oſſa mortui horreo. deuito, defugio, declino. ¶ Quam delicatus. uerba retundit Helluonis Buttubatta ideſt princeps ſtolidus, qui quocies ab aulico uano nullaque ſapientia prędito poſſidetur, delicatum & formoſulum quem habet ipſe, cæteri formidant, Nunc tempus auſpicandæ moralitatis ex Hypotheſi, ſcite penſitando quę ſequuntur.

Os appelle ¶ Os times apelle. Faciem ſine pelle, ſine corio, ſine cute, recutitum. ¶ Si ſapis trilinguidum. uafrum, malignum, uafricijs uerſippelle & fallax, ad animum refertur, Os em̃ nullum eſt quod tribus linguis abundet, Sententia igitur eſt, In bonã

Trilinguis quoque partem accipitur Trilinguis, Apuleius undecimo Metamorphoſeos, Siculos trilingues appellat, Hoc eſt tribus linguis loquentes, Diuus Hieronymus uocat hominẽ pentaglottam ideſt quinquelinguem, qui omnibus quinq; græcorum linguis loquatur, Et Quintus Curtius de Branchidis libro ſexto, Sed iam bilingues erant, paulatim

Pilax a domeſtico, externo ſermõe degeneres, Et pilax, piloſum, pilis obſitũ horrẽdum, crinitum & comatum, Homo hic ex ſtercore, Sic Marcus Cicero in oratione pro Planco, quod dixiſti, dum planci in me uerbis meritum extollerem, Me arcem facere ex Cloaca, Lapidemque ex ſepulchro uenerari pro deo, Allegoria decentiſſima hic fit, ſi ad Hypotheſim conferas, Ex hominibus enim eiuſmodi principes aurum faciunt & deos populares, Cætera tute ſupputabis,

Prętygiũ ¶ Præſtigio hoc ſalui erimus. commercabimur, corrademus, quod ad eſitandum ſit & ad ſaturandam paraſiticam conducat ingluuiem, Præſtygio, Vaframento ad ludendos homines, Præſtygiorum inuentorem Mercurium fuiſſe ſcribit Beatus Auguſtinus, & repetitur in Decretis Canonicis. xvi. q. v. de uoluptate, ab eo ꝙ mẽtis oculos præſtringant dicta,

Nam Buttubatta dũ famelica eſt lues
Hoc arido oſſe præſtito mẽdiciter
Laborioſos agricolas cõmoueris
Vt quiſcꝫ ductus religione obulũ offerat.
Quęcuncꝫ anus, quicuncꝫ ſunt ſilicernij,
Vetuli, ueternoſi, cibariũ dabunt.
Exoſculabuntur ſacrũ (ut tu fers) os hoc.
Finges quocꝫ & diuinitatẽ aliquantulam
Peccata contẽplatione piaculi
Remittere, indulgere ita reatibus,
Defendere a plutonio illos Tartaro.
O mẽtis humanæ furem, BVT. quid clamitas?
Ecquid latras? aut quid rabis? rauce rabula.
An non mihi recte licet quod eſt frequẽs
Triuiale. tritum, & uſucaptũ ædilibus.

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

Dum famelica eſt lues. Eſurialibus ferijs ingruẽtibus, fames eſt quę
maleſuada epitheto latiniſſime patente, a Virgilio ſignificat, Miſerri- Fames
ma ſiquidẽ famis eſt lues, gręcis clamitantibus λιμῶ οίκτισον θανεῖν
fame miſerrimũ eſt mori, Hoc arido oſſe, ſicca & leui Caluaria, Men-
diciter, eroganter per mẽdicatiões & mẽdicimonia, Laborioſos agri Agricolæ
colas, ſimplices & agreſtes, quos noua permouet ſupſticio, Virgilius
li. viij. Iam tum relligio pauidos terrebat agreſtes, Tria hominũ gene
ra enumerat ſupſtitiõibus obnoxia; Caluaria ſi qua apud principem
eſt, hos terret, hos uexat, Hora Quicquid delirãt reges plectunt achiui
Ductus religione, metu, ſuperſtitiõe, Staci, Primus in orbe deos fecit
timor, Offerat obulũ, nummũ minutulũ, Inde diobolare ſcortum, q̊d Diobolare
duobus obolis conducitur apud Plautũ, Anus, uetula mulier, cadaue ſcortum
roſa, atcꝫ annis obſita. Q; anus peculiariter delirent, uocabuli docet Anus
etymon ab a particula priuatiua και νουσ, ꝙ ſint ſine mẽte & ſẽſu, Pro
uerbiũ eſt apud gręcos de hijs qui delirant & nugantur. γράων ὕθλοσ,
uetularum nugę, Apud Virgiliũ li. vij. æneí. feſtiuiter irridetur anus a Silicernij
Turno, Silicernij, ſenio incurui, Silicernios hos dicimus ſenes qui lõga

ętate incurui ſunt, ſilices ex inflectione cernẽtes, aut cũ iamiam ſilenti
bus umbriſq; cernendi ſunt, Hoc Donati prius etymon Placiades pro
bat, Seruius quoq; Silicernij in alio ſignificatu meminit, libro.v.ænei.
Veternoſi, languidi, morbidi, ueterno laborantes, graui ſomno preſſa
Veternũ ti, Veternũ ut inquit Probus, medici λήθαργον, lethargum uocant,
Lethargus Phrenetico morbo cõtrariũ, in quo marcor ſit, & inexpugnabilis pe
ne dormiendi neceſſitas, cui, niſi ſuccurratur celeriter iugulare, Plini.
uolumine undeuigeſimo pręcipit ueternoſis, raphanum quam acer-
rimum eſitent, ad ſuccurrendum medendumq; morbo ueterno.
Cibarium ¶Cibarium. ſordidum comedonibus uictum, cibatum, ſubſtatiue
acceptum hoc nomen cibum eiuſmodi ſignificat malignũ, Sex. Iulius
frontinus li.iiij. Vlpianus li.xxxiij. digeſtorũ, Plinius li.xi. Horati.li.ij.
odarum, cibaria exple. Sed Porphirio legit Ciboria, Columella, li.ix.
Quaterni cyathi diurna inquit cibaria ſunt, quę numero multitudinis
pronũciari debere ſcribit Diomedes, Marcellus ἑνικῶσ ideſt ſingulari
ter ꝓtulit, Sed fere ſemꝑ apud latiniores ſcriptores adiectiue cõperies
Vñ Cibarius panis apud Corne. Celſum, Apud Apuleium, & M. Ci
ceronem in.v. Tuſcula. Cibaria lex ¶Vilitas cibaria, Vua cibaria
Vinum cibarium Marcus Varro dixit, Idem. Frater cibarius fuit
Ariſtoxenus, ubi cibarius homo improprie quidẽ, ſed ſcite accipitur
pro ſordido & plebeio ac proletario, ¶Exoſculabuntur. (ut tu fers)
Piaculum q.d. non omnium opinione ſacrum ſed ut tu fers. Contem. piaculi. ut
qui contemplentur hoc piaculum, Piaculum dignius expiatione quã
ueneratione uult dicere, Cęterum Piare eſt expiare, huius contrarium
impiare, a piando Piaculum, commiſſum propter quod expiatio ad-
Tartarus hibetur, Seruius libro ſexto æneidos. ¶A plutonio tartaro. Inferna
narum pœnarum carcere, Plato, Tartarum eſſe putat receptaculũ in
quod omnia cadant flumina, rurſuſque inde effluãt, Inde Tartarinus
Indulgeo Sic poeta, Corpore tartarino prognata palude uirago. ¶Indulgere
ita reatibus. ¶Vſus iſte inueterauit, & obtinuit falſa conſuetudo eate
nus, uti indulgere pro remittere accipiamus Vſus inquam auctorita
tem & regulam rationemque ſuperans. Vnde merito cõſuetudinem
dominam rerum maximeque uerborum Gellius uocauit, Terẽtius.
ꝓprie uerbo Indulgere utitur in tertia comœdia, ubi ad Menedemũ
Chremes ait, ęgre nimiũ illi Menedeme indulges Vbi Calphurnius,
nullũ magis ꝓpriũ uerbũ inuenire potuiſſet de patre qui oĩa filio pmit
tit, Et In Eunu. Eijciunda hęc eſt mollicies animi, hercle nimis me indul
geo, & alibi, te ĩdulgebãt, Sic ueteres, q̊d nos mihi dicimus Vale, Max.

caput habet de indulgentia ubi documentis plus quã aliqua parerga ideſt digreſſiõe internoſces, Poeta noſter uſus eſt uerbo indulgere more populariũ. Reatibus, culpæ criminibuſq;, Meſſala primus auctore Quintiliano reatũ dixit. Reus autẽ (unde reatus nomẽ ductũ eſt) is dicitur, qui cauſam dicit, qui arguit, & itẽ qui quid ꝓmiſit ſpopõditue ac debet, Aelius Gallus eſt auctor li. ij. de uerborũ ſignificatiõibus, & M. Tulli. de oratore li. ij. O mentis h.f. ſeductore, a furuo dici furem auctoritas ueterum romanorũ conſentit, ideſt ab atro, ꝙ per obſcuras atq; atras noctes opportuna ſit eis mali effectio, furtis ꝑeſt διακτορ .i. mercurius ſic dictus grçce, ꝙ internunciũ ſe gerat, A Fulgentio furatrinus Quid rabis? latras, cum rabie blateras, Varro. quid eſt, quid laceras, quid rabis, Inde Rabulę litigioſi, & aduocatus hoc nomine dicitur Vel patronus de foro, Cice. in oratore. Saluſti. Canina facundia exercebat ¶ Frequẽs triuiale, vulgarium & paſſim in triuijs uſurpatũ, a Triuio triuialis, & magiſtri triuiales a Quintiliano dicunt, qui in triuijs docẽt Calphur. in Buco. Nõ hoc triuiali more uiator, Sed deus ipe canit. Carmen q̃q; triuiale, Iuue. Cõmuni feriat carmẽ triuiale moneta, Trahitur & ab eo aduerbiũ triuialiter, q̃d ſignificat uulgo paſſim, ubiq;. ¶ Vſu captũ ędibus, plebeis magiſtratibus ędes ſacras & priuatas curãtibus. Ediles ex plæbe conſtituti ſunt. Dionyſius eſt auctor, & M. Cicero in ſeptimo uerrinarum, Pomponius Iuriſcon. Plutarchus in Cæſare, & Feneſtella. Vſucaptum. per uſum uẽdicatum, de qua uoce in Commẽtariis Topicorum Ciceronis & apud Modeſtinũ Iuriſcon. Extat etiã Titulus in legibus de uſucaptionibus.

Reus
Reatus
Fur
Triuialis

SAL. Quicquid hoc ais, os impudicatum geris
Et fęculentum & obſitum muſco & luto
ARI. Papę q̃d eſt? HEL. teſtus ubi lũbricos coquas
Seu humana teſta, uermibus gurguſtium
LIX. Teſtudo nampe & buſtuarium eſt caput,
HEL. Fetet graue SAL. male putet ac fœdius olet.
ARIST. Lauato ſaltem & pone ſub ter imbricem
Cauum hunc ubi pluit, aut ahenum tollito
Aquæ calentis plenum, eo pollincias
Pollinctor ut ſolet cadauera munditer.

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

Quicquid hoc ais,Oratione quacūq; atq; exclamatiōe utaris,ornes
inſuper uerbis quibuſuis.quātūuis,Os tamē geris impudicatū,impu
rum,ſpurcatū,lutatum,fœdum,obſcœnū, cōtaminatū & ſordidum.
Fęculētus fęculentū,oblitum & uelut fęce turpatū, Obſitum,inuolutum cœno,
Obſitus ſordibus,& immūdicie, Dicimus etiam obſitos ęuo & annis,Virgili.
Ibat rex obſitus ęuo,Metaphoram eſſe genus eiuſmodi oratiōis dicit
Donatus ab agris ſumptam,Muſco, lanugine,ſitu,ſqualore, a quo fit
Muſcoſus muſcoſus.Virgi.Muſcoſi fontes,Luto,cœno argilloſo.Pape quid eſt,
huic quoq; Caluaria uidetur,quam Buttbatta oratione lōgiſſima ho
neſtauit,aurum & reliquias ſacras faciens, Teſtus,uaſculum ad coquē
Teſtus dum quarti ordinis,Inde Teſtuaciū quod ī teſtu calido coctum eſt,ut
Teſtuaciū etiā nunc matralibus inquit Varro Matronę faciunt,Lumbricos, uer
mes,Lumbricorū Columella meminit uolumine.vij.ad exterminan
dos eos remedia ſcribēs, Verū enimuero ꝓprie, lumbricos dicimus
Lumbrici teretes latoſq; nōnunq; uermes aluum occupātes,qui modo ex inferi
oribus ꝑtibus,mō fœdius ore redduntur,Corn. Cel.in ægrotantibus
bonum eſſe ſignum docet,ſi aliqui lumbrici ſub fine morbi deſcendāt
Macer de bibito abſinthio,Hocq; modo pellit lumbricos,mollit & al
uum,Profertur itaq; ſyllaba interanea ſiue medioxima extenſa,Plini
us li.xi.Piſcem eſſe ſcribit nomīe lumbricū, Vermibus gurguſtiū,do
muncula,uiuariū,habitaculum,Nampe αρχαισμοσ ideſt antiquitas,ꝓ
Buſtuariū Nempe,Et Buſtuariū.buſto exemptum,in buſto repertū,Fetet graue
olidum moleſtūq; eſt nidore,Lauato ſaltem,Si adorari uis immundā
Saltem teſtam,Saltē a Captiuis nata uox,qui nihil aliud pręter ſalutem expe-
tunt,deſperatis ita rebus,ſolam petentes ſalutem hac utuntur,Sic Te-
rentius in Andria Saltem accurate,ut metui uidear, Subter imbricē,
tegulę & ſtillicidio ſubijce,laua,elue,ne teneri religiōe ſordium uidea
Subter mur,Subter prępoſitio contrariā habet ſignificantiā ad ſuper. Cęterū
utraq; tam accuſatiuo quā ablatiuo iūgitur, Priſci.li xiiij.Per imbricē
ſignificare uult ſubijciendā teſtam impluuio & cōpluuio, ubi largius
Stiria ſit ſtillicidiū,q̊d & Stiricidiū ueteres dixere, A principali Stiria, Vir.
iij.Geor.Stiriaq; impexis induruit horrida barbis,Cuius diminutiuū
Caſito eſt ſtilla,quę cum frequenter cadat Caſitare dicitur, Paulus Iuriſcō.ff.
de ſerui. urba. prediorum hoc uerbo frequētatiuo eſt uſus, cum ait,
Si ſeruitus ſtillicidij impoſita ſit,nō licet domino ſeruientis areę ibi ędi
ficare ubi caſitare cepiſſet ſtillicidiū,ſi ante ex tegula caſitauerit ſtillici
Imbrices dium,Sed ſubter imbricem dixit,ideſt canalem ſupinā,vnde ſolutior
defluit aqua,Cauum igitur poeta dixit, Ft Iuriſcon. fiſtulam appellat
libro digeſtorū.viij.Imbrices ꝗ imbres capiāt utroq; genere dicūtur,

Seruius grāmaticus melius putat hanc imbricem dici, Pla uto ſcribēte fregiſti imbrices meas, dum te dignā ſectaris ſimiam, Vir. de capiendo loco ad creandas apes li. iiij. Geor. Imbricis mentiōem facit, Imber autem cœleſtiū aquarū & pluuiarum agmē ſignificat, licet auctoritas hodie uariet, Inde tempeſtas Imbrica & ſignū imbricū, qualem dicimus aquariū, quem gręci Hydrochoon uocant & cœlum imbridum Palladius dixit, Et deus imbricitor Apollo nomīatur a Macrobio li. i. Satur. gręce θυμβραιοσ Et imbricata cementa a Victruuio li. ij. Cęterū a Plinio imbricata linguę aſperitas in felibus, Irē li. xi. Vngues eſſe dicit animalibus omnibus quibus & digiti, ſed Simię imbricatos, hominibus latos &c. Item inſecta quędā imbricatis flexiliū uertebris, Significantiſſime uero Polihiſtor idem Plinius li. xx. quid per imbricatū intelligi uoluit, oſtendit, Nam ſcribit Conizę duo genera, marem & fœminā, differre folio, & ſubdit, Tenuius fœminę & conſtrictius anguſtiusq́ꝫ, Imbricatū maris & ramoſius, Ramoſas itaq́ꝫ contortaſq́ꝫ ad capiendos imbres fiſtulas imbrices dicemus, quorū meminit idem auctor li. viij. ca. vi. in fine. ¶ Vbi pluit. uerbū pluit, ex hijs eſt quę ad hominē nō ꝑtinēt, quod ad tertiā perſonam dumtaxat dicitur, Poteſt tamē & in prima inueniri perſona & ſecunda, per τροσωποποιιαν ideſt cōformationē poetę cuiuſdam uel reſpōſum dei, aut per Apoſtrophā quaſi ad ipſum Iouem pręſentē, Priſci. exceptę uocat actionis li. i. de cōſtructione. ¶ Ahenū tollito, ſume uas æneum in quo laues, ab ære, unde fit æreus & æneus & ſubſtatiuū per diphthongi diſſolutionē, & per aſpirationis interpoſitiōem, q̊d uas ſi capacius fuerit, quo infectores utunt̄ Cortina dicitur, fit item ab aheno ahenulū Hypocoriſticos. ¶ Pollincias. emundes & laues cureſq́ꝫ quemadmodū ſolent funerarij hoc eſt funerū curatores, & pollutorū unctores ideſt cadauerū, Vnde pollinctum funus dicitur a pollinctoribus unctū, Nam pollincere eſt curare ungereq́ꝫ cadauera, Plau. ſicut pollinctor dixi qui eū pollixerat, Baiuli uero portatoreſq́ꝫ funerū Veſpas & Veſpiliones a ueſpertino tempore dicimus, quo cadauera efferebātur, Et Sandapilarij Portatores Sandapilarū, qui & Buſtuarij & Libitinarij, Sandapila aūt Fulgētio auctore feretrum eſt & mortuorum loculus quo nō corpora nobilium, ſed plębeiorū atq́ꝫ damnatorii portabant̄, Quod & Capulū nuncupatur Inde Capularis eſt ſenis nomē apud Plautum, Et Capulares rei, Et Capulare cadauer a Lucilio poſitum.

Imber
Imbricitor
Imbricatus
Pluit
Ahenum
Pollincere
Funerarij
Veſpæ
Veſpiliōes
Sādapilarij
Buſtuarij
Capulum

BVT. Quid ſi lauabo & largiter pollinxero
Num vultis ungento ut perungam exotico

Vt cinnamí atq; opobalſamí unguine ſumiget
Immo quidem mauelim ut oletum naribus
Criſpantibus ueſtris oblatum oleat prius
Vos ruſticis parentibus nati ſures

¶ Num uultis?. q.d.& aliud forſan oneris mihi imponetis ſi pollinx
Exoticum — ero,quando uobis hodie ſatiſfieri nequit,pro religiõe uaſculi ad uene-
randum geniculandumq; huic ſacro iocali, ungento exotico. pere
Vnguentũ — grino,aduentitio & externo,Plautus,non poſſunt omnes olere ungen
to exotico,Vngentum ſcribit Pomponius Iuriſcon.uoluptatis & ua-
litudinis cauſa comparari,Reliqua claſſicorum ſcriptorum turba ad
elegantiam uoluptatemq; tantum confici arbitratur,græce μυρον un-
de Myropola ungentarius &,μυροπολιον unguentaria taberna,¶ Vn
Cinnamo mum — guine Cinnami, unguento,odore cinnamino redolente quod Cinna
minum dicitur,Idem quoque Cinnamomum, Perſius,Seu ſpirẽt Cin
nama ſurdum,Naſcitur in æthiopia Cinnamum frutex odoratiſſima
ſumma cortici gratia,Lignum quod grȩce Xilocinnamum dicitur fa
Balſamũ — ſtidio eſt.¶ Opobalſami. ſucco balſami,Nam ὀπός ſuccum ſignifi
cat,Balſamum uero oĩbus prȩfertur odoribus,officinæ & ipſum lig
num ſuppoſuere,Summũ Balſami ſpecimẽ eſt ut lac coagulet,& in ue
ſte maculas nõ faciat,Cȩtera apud Pliniũ comperies,Illud admiratiõe
dignũ q in Iudȩa tantũ Balſamũ naſcitur.¶ Immo quidẽ¶ Propterea
Oletum — & amplius,¶ Vt oletũ oleat. ſtercus humanũ,Proprie uero locũ ſigni
ficat in quo excernimus egerimuſq;,Tacitus id probat in Nerone,Ca
to pro loco ſumit olea cõſito,ca.i.de agricolatione & ca.vi. Criſpanti
bus. aduncis & rugatis,uibratis & ĩcuruis intortiſq;,Ser.in.xij.cõmẽ
tario, Capillos ſcribit criſpari calamiſtro, Perſi. Ingeminat tremulos
naſo criſpante cachinnos,Nares dictȩ a naritate qa nos docẽt odorare
prȩſto eſſe & prope q̊d adhuc oculi nõ uident,Et eſt particula naſi infe
rior,ubi reſpirandi foramina uiſunt,Pli.plura li.xi.de Naribus.¶ Vos
ruſticis paren.n.Imputat eis uaſculi mundiciẽ, uelut diceret, uos qdẽ
digniores eſtis olere ſtercus quã hoc ſacrũ.¶ Ruſticis parentibus nati.
conuitiũ eſt in ignobiles,ſed ab ignobilibus fieri ſolet,q natales & ſtem
mata celebrãt,nõ uirtutẽ, Nã quis aĩalia muta generoſa putet, niſi for
tia? Et quis gẽmas celebraret,niſi eſſẽt aliqua uirtute p̃ditȩ? Sic hoĩm
eſt ratio habenda,Sola em̃ nobilitas eſt atq; unica uirtus,Cȩterũ parẽs
idem eſt oĩbus mortalibus,Mariũ ego apud Saluſtiũ cõmendo,qui
obſcurũ genus ſuũ & ignobile nõ diſſimulat,ſed nõ poſſe ſe fidei cauſa

imagines,triumphos,aut conſulatu s maiorum ſuorum oſtentare.

LIX.Etiam eſt opus luſorium unda ſi laues
Nã tũ quid eſt? BVT.uolo ergo pelluere in labro,
Vt faciam & iſtis cruciferis hodie ſatis
Ehodum quis it mecũ miniſterio comes?
SAL. at quẽ iubes? BVT, uenite Ariſtophore &
Nam ceteri opperiãtur hic nos affore Salax.
Breui & cito.LIX.nos philoſophabimur inter hęc
BVT.fiat,ſed heus cauete dum,ne quid nimis

Etiam eſt opus luſo. quo ludamus non cui litemus. Volo.e.p.
Pro perluere,Nam ex cognatione literarum tranſit r in l,In labro.ua
ſe,Labrum uas eſt capacius,Auctore Cicerone in epiſtolis,ait enim la
brum in balneo ſi non eſt,fac ut ſit, Vir.Labra per autumnum muſto
ſpumantia feruent. Cruciferis. Dignis in crucem uti agantur, Eho
dum,q.i.m.m.famulationi,Virgi.Triſte miniſterium,Miniſteria non
nunquã pro miniſtris ipſis ponũtur,ſicut miniſteriũ pro miniſtratore
apud Plinium. Cęteri opperiantur. maneant, expectent,Philoſo
phabimur,locus decens de ludiõibus philoſophaturis Sed longe pul
chrior reſponſio alterius. Ne quid nimis. quę ſeria eſt ſapientum
ſententia ſi penſitetur, Tu quam diu philoſophandum ſit Apud Au.
Gel.requiras uolumine quinto.ca.xv. &.xvi.ait enim Neoptolemus
Ennianus,Deguſtandũ ex philoſophia,non in eam ingurgitandũ,De Philoſophã
Nerone legimus,ꝙ eum mater a philoſophia auerterit,monens impe dũ paucis
raturo contrariam, Et in opinione poſitum eſt hoc probabile eos qui
philoſophię dant operam non arbitrari deos eſſe, Ait Apuleius obie-
ctari philoſophis,ꝙ irreligioſi putentur,& ꝙ deos abnuant,Sed cõtra
M.Tul.philoſophiam dixit eſſe uitę ducem,uirtutum indagatricem,
uitiorũ expultricem,&c.Ne quid nimis, Diximus ſupra uilioribus ꝑ
ſonis dari ſententias illuſtres in comœdia ſeruis pręſertim,quę res io-
cũ riſumq; mouet affabiliter, Vnde Byrrhubatta hic Ne quid nimis ait
ꝙ̃ ſententiã ſic gręci enunciant μηδεν ἄγαν Vulgaria eſt aſſertio Pitta Ne quid ni
ci fuiſſe, Alij Chilonis,nõnulli Solonis cenſent, In quam rem Laercius mis
inquirit uolumine primo, Donatus aliquid ſcribit deeſſe huic oratiõi
Cum dicitur,ne quid nimis,ſcilicet agas,quod ſupplendum eſt.

# Actus Secundus

## PHARISEVS.HELVO.LIXA,

PHA,Quid eſt quod iſti lotū eunt rabulę nequā?
Qui cuncta quę loquuntur obligant metro
Et uerſibus ſuos poetantur iocos.
Heus uos quid eſt quod efferūt gremio foras?
HEL.Quid te attinet?uix ipſi hoc ipſum ſcibimus,
Fors larua ſcęnis apta fiet ludicris
Vbi lauabitur.aut erit quoddam organum

In hac ſcęna piacularis audaculorum corrigiť temeritas(ſi impor-
Audaculi. tunitas & impudentia corrigi poteſt)q̄ de rebus ad ſe nihil attinētibuſ
ſibiq̄ penitus ignotis,iudicium ſtatuūt,nō attendētes illud Pomponij
ff.de regulis iuris,Culpam eſſe ſi quis immiſceat ſe rei,ad eum non per
tinenti,Neq̄ audiūt illud Periandri ἐπισφαλεσ προπετεια,temeritas
periculoſa,Hij ſunt qui uirulenta criminoſaq̄ blateratiōe cōtaminant
omnia,humanitatēq̄ quā exuerunt,ipſi ab aliis amoliri conantur,ob
trectantes uellicanteſq̄ inſcite & maligne,quicquid honeſtius dictum
non conſonat eorum hallutinationi,quorū ſoricinę nenię, & lingua ni
mis factioſa Menalio ramo deberet retundi,odiū nanq̄ terræ ambu
lant,minus frugi quā fungus putidus,Libitinas hoc genus hoīm uetu
ſtas appellauit,Apuleio auctore in floridis,Sed quid nos in eos inuehi
Ignorantia hominum pestis mur?cū natura ipſis acerrimū addiderit ſuppliciū, errorē, ſtulticiāq̄
q̄bus nihil eſt pernicioſius,uelut Cebes teſtatur, quo nemo uerius, ait
enim,ἡ γαρ ἀφροσυνη τοισ ἀντρώποισ σφίγσ ἐστιν Nam inſipiētia ho
minibus ſpinx eſt,ideſt monſtrū interimens,Sed iam Phariſeū noſtrū
audiamus,qui cum male ſentiat,quā bene agat omnes ꝑcipient,Quid
eſt quod.i.l.e. Ecce in ipſo iam ueſtibulo,temeritatis excubat periculū
lotum eunt,Laurētius Vallen.homo alioqui doctus, & in noſcendis
ueteribus ſcriptis perquā exercitus,ſi a temeritate abſtinuiſſet, mira-
tur ſummopere publicam hallutinationē tam diu a nemine animad-
uerſam,ſic ſemper loquentiū,eo lectū,uenio lectu,addit etiā qui error
unde profectus,& quo ex fonte imperitię emanauerit neſcio, Vellem
ego Laurentiū non tam temere ſcripſiſſe(nam diuo Hieronymo non
pepercit ſua criminatione impudentiore)ſed forſan eodem morbo er-

roris correptus fuit,quo cęteri,Laurentius ille uocat errorem,latiniſſi-
morū imitatoēm eruditiſſimorūq̫,Sic Cato de agricolatione li. i. ubi Contra
uillici colligit officia,primus inquit cubitu ſurgat,poſtremus cubitum Lau. Val.
eat.Sic Plau.in Caſ( quē latine linguæ delicias predicamus)Redit eccū Reuertor
tandē obſonatu,Et in Menęchmis,prius iam conuiuę ambulant ante auditu
oſtiū,quā ego obſonatu redeo,Sic Papinius in carmīe achilleidos,Ex
tūc uenatu rediturū in limine primo,Opperięs,Eruditionē & īduſtriā
tuā Laurēti exoſculor,temeritatē inſector,qua male percitus in oēs be
nedicēdi auctores uelut Phariſeus iſte,debacchatus es,ad inſtitutū re-
pedemus. Rabulę nequā. Cauillatores Caniculę,Nequā ꝓprie a li Rabula
bidinoſa dictus eſt inertia,ꝙ nihil queat,nulleq̫ rei aptus ſit. Vnde & Nequam
Nugę ꝙ nihil agant,uel a nō agendo.Rabulę etymon alibi explicaui-
mus. Obligant metro. numeris ſtringunt,& innectūt modulis mē Metrum
ſuratim,Nam Metron menſurā ſignificat.Inde Verſus,Metra,ꝙ mē-
ſura non careant. Verſibus carminibus & numeris a uerrēdo,quod Verſus
trahere & repurgare ſignificat,M.Tul.in Paradoxis,qui uerrunt,qui
ſpargūt.Inde Deuerra dea Auguſtinus de ciuitate dei li.vi. Iuuenalis Deuerra
Verre pauimentū,Vnde Euerriculū.apud Varronem de agricolatio
ne.cap.ultimo.Et Verſus in oratione proſa ſignificat quod nos uulgo
lineam dicimus.M.Tul.in Bruto,Tot millibus uerſuum.Sueto.in Au
guſto.Et apud Aſconiū Pedianū frequētiſſima fit mentio uerſuū Nec
non in Procemio digeſtorū,&.C.de ueteri iure enucleando, Poetan- Poetor
tur. fingūt,faciunt,gręce ποιέομαι,ſed fingere non ſignificat mentiri.
ut uulgus ſemidoctū blaterat,Nam coelum & terrā dicit gręcus ficta
eſſe factaq̫,Et deum optimū maximū,fictorem uel poetam. Quid
te attinet,tua intereſt,recte,Nā culpa eſt, immiſcere ſe rei &c. ut ſupra Attinet ad
Dicimus attinet ad me,Terē.in Adelphis. Quod ad illum attinet, Et nos
in Andria,Nihil ad me attinet,Prępoſitionē detractam eſſe autumo,
carminis gratia,Priſcia,li.ij.de cōſtructione ſcribit latinos frequentius
dicere ad illū attinet,& illi Plautus,quod ad argumentū attinet in Aſi-
naria.Sed in Captiuis ait. Nunc iam cultros attinet,Vbi attinere ſigni-
ficat tenere. Vix ipſi ſcibimus,antique dictū pro ſciemus, Marcellus Scibo
in Collectaneis.Id genus plura collegit,de mutatis cōiugationibus.Et
Plautus in Captiuis,ex me audibis uera,Tu de hac re Donatū in ſecū-
da editione legas. Fors. forſan,nominatiuus pro aduerbio, Priſci,li. Fors
xv,Vir,Et fors ęquatis cepiſſent premia roſtris,Aut erit quoddam or Organum
ganum, inſtrumentū muſicum,Machinam quoq̫ organū ſignificat,
ut eſt apud Victruuiū li.x.Inde Fabricatores organorum organarios
dicimus,Iulius Firmicus in.iij.Matheſeos,

PHA. quale organum: uultis ne uerſus fiſtulis
Stridere: an ex perſona eapſe quam lauit.
Turpes poetę perſonare uerſibus
Nugas leues, uetitas, & illeges libris

Stridere — Vultis ne, v, f. ſ. Stridere uerbū eſt contemptus ad muſicum prolatū Virgilius. Non tu in triuijs indocte ſolebas, Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmē. Nā ſtridor proprie funium eſt Notandum autem ꝙ ſtrido uerbum ex ijs eſt que diuerſarum coniugationū inueniūtur. Priſcianus libro nono. Vnde ſyllabam habet interaneam uel mediaſtinam bitempoream uel mediam, Nā penacuitur in ſecundo, corripit in tertio ordine, A ſtrideo fit ſtridi & ſtriſi, ſed hoc poſterius p̄teritū euphonia ab uſu exterminauit. Priſcianus libro decimo. Ex perſona. larua. Eapſe. pro eaipſa. ſicut Reapſe pro reipſa. Pacuuius. Si non eſt ingratum reapſe quod feci. Illeges, ſpurcos, legi pudoris non parentes

Striſi

LIX, Hypocrita & nulli ualoris ęmule
Auſis poetarum ſacrata munera
Temere profanare impio ore iſto tuo
Anas oleto lęta fit, pullaſtra edit
Exputa ſpurca, Anſer cloaca paſcitur
Foricas ſues, porci latrinas eruunt

Lixa Excandeſcit lixa in ſacrilegum, qui ſanctos poetas lingua temeraria inuidiaqꝫ uiolat, Hypocrita, ſimulator, aptiſſimum conuiciū in religioſum nomine tantum, qui religionem habitu inceſſuqꝫ ementitur, factis procul uerbis tenus, Hoc genere hominū nihil intolerabilius terra ſuſtinet fouetqꝫ, Nam ignaui primum & deſides, mox operti pallio penulaqꝫ mores & emolumenta religionis in linguę uerborūqꝫ artes conuertunt, & uitia minis eacidinis inuadentes intercutibus ipſi uitijs ſcatent. Nulli ualoris. Nulli, uetus eſt declinatio ſecundū aliorū

Nulli gtius

nominũ regulã.Teren.In.Andria.Tam iners tam nulli cõſilij,Dona-
tus.Priſcia.li.xiij. Emule. liuidule,dictum ſine laude acerbum.Alias Emulus
Emulus eiuſdem rei ſtudioſum ſignificat Vir,li,vi,Emulus exceptum
triton.&c. Sacrata munera,rectiſſime dictum,Nam Plato nos admo
net lõga nimis prolixaq̃ oratione diuina prouidentia, non hominum
inuentione,ſed deorum munere poeticã ad mortales deriuatã.Quod Poetica
greci penſitãtes uerbo quod modo ex aliquo quicquam facere,modo
ex nihilo creare ſignificat,poetę nomen traxere,Et latini poetarum di-
uinitatem non uidentur ignoraſſe,cum ab ea quę in hominibus maxi- Poeta
me ineſt mentis ui,uates appellauerunt,Ergo ſancti ab Ennio poetę &
ſacrata munera ab hoc noſtro dicuntur,Phariſeus uero iſte in ſecundo
genere furoris conſtitutus(quē diuinus Plato in Ione ab humanis mor
bis proficiſci docet)hęc nihil attendit,Temere profanare,friuole,inſul
ſe,atrociter,inſaniter cõtaminare atq̃ impiare,Impio,ſacrilego,piacu-
lari,culpatiſſimo Anas oleto lęta fit. ſtercore,ſordibus,Alex.aphro
diſeus in Proplematis quęrit,cur ſtercus ſiue homĩs fimus maxime fe Anas
tidi odoris eſt cũ quorũdã animaliũ & maxime caprarũ aromaticam
ſuaueolentiã fragret,Quoniam inquit homines multiformi & hume
cto cibo affatim ueſcuntur,minuſq̃ exercentur,Ideoq̃ non bene con- Sputum
coctum tetri odoris cum primis eſt.Anates ponticas uim habere uene Saliua
nis detegẽdis potentem,Au.Gellius.recitat ex ſcriptis Lenei Pompeij Anſer
magni liberti uolumine decimo ſeptimo,ca.decimo ſexto Pullaſtra, Pullaſtra
¶ parua adhuc adoleſcenſque gallina,Marcus Varro iuuencas galli-
nas appellat pullaſtras,A pullo etiã Pullicinus υποκοριστικωσ id eſt per
diminutionem inclinatur, Exputa ſpurca.¶ Sputum a Saliua hoc dif
ferre uolunt,Sputum humoris nimietate redundare,Saliuam uero nõ
modo humiditate,ſed etiã uitio plerumq̃ hominis fieri, Anſer a Pli-
nio libro decimo celebratur memorabili Lacydis philoſophi hiſtoria
Cloaca.¶ cloacali fęculentia. Vlpianus libro decimotertio Digeſto- Cloca
rum,Cloacam dicit eſſe locũ concauũ per quē colluuies quędam fluat
& tubum & fiſtulam ea contineri appellatione,a colluendo,Latina igi
tur dictio ut Feſto placet Inde cloacale flumē a Catone,ꝓ cloacarũ om
ni colluuie.Vulgo tñ ꝓ loco quoq̃ accipimus quē alij a latendo Latri-
nã dici maluerũt,Subſcribere uidetur Cice.in oratiõe ꝓ Plãcio, dixiſti
inquit me arcē facere ex cloaca,Et Feſtus Põpeius,ubi ſcribit, Cloaca- Latrina
re inquinare ſignificat,Vnde cloaca,Item de Nerone Tranquillus ſcri
ptum reliquit,quod redeũtes a cœna uerberare,ac repugnantes uul-
nerare,cloaciſque demergere aſſueuerat.¶ Sues ſus luto gaudet
Horatius.& amica luto ſus.¶ Foricas.¶ Latrinas. Nam foria Foria

ſunt ſtercora liquidiora, unde foricę, Satyricus poeta, Inde reuerſi, conducunt foricas, Inde foriolus, qui foria facile emittit ſoluti ſcilicet uentris, Lauerius. foriolus es & in coleos cacas.

Tu aſinini onagri pullus auritus luto
Cœnoq; gaudes belua indoctiſſima
Doceſq; nos poematum ſacra ſpernere
Quod ea eſſe dicas execrata de libris
Cuius libris? Num uox dei Terentium
Spreuit? ne ad ſtimulum (inquientis) calcitres.
Paulus Menandrum. Aratum. Epimenidē inuocat
Teſtes, prophetas, atq; veri conſcios.

Aſinini onagri. aſini ſilueſtris, Non inepte, aſinū ſilueſtrem appellat,
Onager omnem enim ciuilitatem exuit, qui ſtudia contemnit humanitatis.
¶Auritus. auribus magnis & prominentibus, Alias aliter ſignificat,
Feſt. ¶Belua indoctiſſima. fera pecus, Indifferenter beluam poſuit
antiquitas, a belua beluinus & beluina uoluptas. Execrata. maledi-
cta, exterminata, exploſa. ¶Cuius libris? expoſtulas cuius inquit li-
Belua bris, uelut diceret tuis quidem ſed nō diuinis humaniſq; & philoſophi
cis, Quod probat per inſtrumenti noui diuina oracula, ſequens textus
ex Hieronymo intelligi poteſt, in Epiſtola ad Magnū oratorem urbis
Romę. ¶Ne ad ſtimulū inquit calcitres. calcibus infeſtes, Inde Calci
trones equi qui calcibus infeſtant, Plautus in Aſinaria, Clamat procul
ſi quem uidet ire ad ſe calcitronem, Horatius hoc uerbo eſt uſus libro
Sermonum. ij. Cui male ſi palpere recalcitrat undiq; tutus, De Cęſare
Auguſto dictū, q reſpuebat adulationes blandientium, In edicto ędi-
litio ſcriptum legitur, equus mordax ac calcitro uicioſus, Paulus Me
Calcitrões nandrum. Menandri ſenariū Hieronymus eſſe dicit, Corrumpūt bo
Recalcitro nos mores cōfabulationes malæ. ¶Aratum. Illic Biblia noſtra in plę
riſq; textibus mendū habet, Nam pro Arato, Oratius eſt ſuppoſitus,
Sed in corrigendis uaticinis libris nemo manū apponit, nolumus intel
ligere coram principe uero, quem in dies ſolœciſmis & Barbariſmis
Scrutamini adoramus, contra id quod ſcriptū legitur in decretis Canonicis, Cum
ſcripturas uoluntaria ignorantia omnibus ſit noxia, ſacerdotibus eſt periculoſa,
Item, quia repuliſti ſciētiam, dicit dominus, repellam te ne ſacerdotio
fungaris, Auguſtinus tamen benedictionē plus quam bonadictiōem

a ſacerdotibus flagitat, ſed huc res deuenit ut frequẽtius ĩ manu ſacerdotum malorum talos aſpicias quam ſcalprum librariũ, & forte gladium uel ſicam Contra illud, Clerici arma portantes excõmunicẽtur, Item in ſacris patrum cõſtitutionibus hęc inſunt uerba Clerici qui arma uolentes ſumpſerint, reperti amiſſo ordinis ſui gradu in monaſterium perenniter tradantur, Verum quoniã ſcriptum legunt, ſatis eſſe ſcribi exiſtimãt, nõ fieri oportere, Vnde poeta Satyricus, Eſſe aliquos manes & ſubterranea regna, Nec pueri credunt niſi qui nondum ære lauantur Diceret forte quiſpiam, quid tua intereſt, talos ne an teſſeras uerſemus, En accipe, an non intereſt eorũ qui in naui curruq; uehũtur, aurigam quã peritiſſimũ cõducere ? ne ſalus omniũ periclitetur, etiã dices ſi tu de numero ſis uehentiũ, Sacerdotes autem (quemadmodũ xc.v. diſtinctione legitur) poſiti ſunt regere dei eccleſiam, aurigarium itaq; geris. Epimenidem, ad Titum ſcribens. Prophetas. hoc & ſancti cõfitentur doctores, Gerſon in lectiõe ſuper Lucam, ait, apoſtolum hũc poetam prius aũt prophetã uocaſſe, Ad laudem uero petarũ nonnihil pertinere uidetur, q̃ S. Thomas ad uirtutes inducere perdecentes repreſentatiões ſcribit, & ante ſeptem ſapientes theologiſantes extitiſſe poetas, Imperator in procœmio Digeſti ueteris conſtitutione prima, Homerũ poetam uocat patrem omnis uirtutis, Sapientes ſeptẽ poeticę maxime ſtudioſos fuiſſe, auctor eſt Anaximenes, Sibyllas taceo. Gẽtilitas primas partes Ariſtoteli peripatetico tradidit, hic eoſdẽ apud priſcos poetas & theologos fuiſſe teſtatus eſt, & ipſe de poetis ſcriptos reliquit libros tris, nec non de poetica facultate libros duos, At iam obijciet mihi quiſpiã barbaſculus oſor poetarũ, Diuum Hieronymũ ob eorundẽ lectionem uirgis cęſum, Ego Hieronymũ reſpõdere ſinam, in Apologia contra Rufinum Vbi id fuiſſe ſomniũ aſſerit Docetq; inibi ex prophetarum auctoritate ſomnijs minime credẽdũ Cui illud Tibulli concinit, Somnia fallaci ludunt temeraria nocte, Et apud Maximũ poetaꝝ ſcriptũ eſt, Sed falſa ad ſupos mittũt inſomnia manes, Alexandrũ magnum ſomniaſſe legimus ne ſomniis crederet.

Quid tua intereſt

Laus poetarum

Rerum omnium poeſis eſt exordium
Et ante cœlum, & ante mundum, præ oĩbus.
Quod moyſes uates tuus tibi ſuggerit.
Qui & ipſe luſit uerſibus poeticis,
Sapiunt poetæ doctioribus uiris.

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

Tibi fabulino barbaro indoctiſſimo
Fanatico fatuo uidentur ſordidi
Aſellus ad lyram uetus prouerbium

Rerum omniũ poeſis eſt exordium. Sic gręcus in ſymbolo deum adorat omnipotentem πιςένω ἐισ ἕνα θεον πατέρα παντοκρατορα ποικτην ουρανου καὶ γησ, Credo in unũ deũ patrẽ omnipotẽtẽ poetam ſeu factorẽ cœli & terræ, Sic Moyſes in Pentateucho εν . ρχη εποικσε idest, In principio poetatus eſt aut fecit; Et poeſis factionem uł fictionẽ ſignificat, fingere aũt non ſignificat mẽtiri, ut uulgus falſo exiſtimat, ſed cõponere, Inde figura, hanc Doctor ſanctus rep̄ſentationẽ uocat; quam ſi tolles, quid reliquũ manebit in ſacratiſſima ſapientia? Caueat igitur qui poetas mentiri dicit, ne ſit uitio de quo loquitur obnoxius, Quod Moyſes uates tuus, & poeta & propheta a ui mentis, Moyſen nõ ſolum uerſibus luſiſſe accipimus, ſed eos quoq; per quos maxima pars diuinę ſapientię ad nos eſt deriuata, Idu meus Iob, Dauid rex, Salomon, Iſaias propheta, Horum ſcripta quis neſcit patria lingua uerſibus conſtare, Inclinatur autem (ut & ſcholaſticis noſtris grammaticæ ſtudentibus cõſulamus) Hic Moſes, huius moſę, Et hic Moyſes, huius moyſę, Et hic moſeus, huius moſei, Et hic Moyſeus, huius moyſei apđ ſcripturam diuinam, Ioſephus in ſecundo libro, antiquitatum, Moyſi ab euentu rerum nomen inditum eſſe ſcribit, eo q̄ de flumine ſit ſaluatus, Aquam enim ægyptij Mos uocãt, Yſes uero ſaluatus, componentes itaq; hęc ex ambobus Moyſes ei nomẽ impoſuerũt, ideſt ex aqua ſaluatus, Ego textui adhæreo ueritatis hebraicę legiq; Moſaycæ, cui nec ipſe Ioſephus refragaretꝰ ſi uiueret, uti ſcribit li.ij.cõtra Appionem non decere mirari, ſi mortem fortiſſime tolerant Iudęi pro legibus, Exemplũ extat legum ſuarum a Iudęis fortiſſime cuſtoditarum li.xviij. antiquitatum ca.decimo nono, textui inquam ego cõſentio, Sic textus in libro, Elle ſchemoth. ideſt hęc ſunt nomina, quem nos Exodum dicimus, Et uocauit nomen eius Moſeh, & dixit quia de aquis extraxi eũ, a uerbo igitur hebręo Maſcha, quod educere, extrahere, efferre, p̄ceptor meus Io. Reuchlin caput & columen ſalutiferę ſapientię interpretatus eſt, in opere quod fratri Dionyſio nuncupauit, quo libro Phœnix non eſt rarior habitus ante paucos annos, Sed ingenue Horatius, Virtutem inquit pręſentem odimus, ſublatã ex oculis querimur, Ego uero cum domi reconditam, uelut in larario plauſibiliter interuiſo, ſpecioſam a pręceptore meo editam fœturam, diem mihi lucemq; exortã reputo. Sapiunt poetę doctioribus uiris. Apologus eſt apud Eſo

Poeſis Figurę

Liber de Rudimẽtis hebraicis

pum fabulatorem feſtiuus ſimul ac lepidus de Gallo & Iaſpide, quem ſi Phariſeus noſter τροπικῶσ quid ſibi uelit ediſceret, inueniret profecto clauſulam ad ſe nouiſſimam examuſſim attinere, ¶ Barbaro. ruſtico, agreſti ¶ Fabulino. cauillatori, inutili nugatori, Barbari antiquitus om̃es dicebantur gentes, grę̨cis exceptis, auctor eſt Cato apud Plinium, Grammatica ſcientia eſt barbariem relegans, ideſt ruſticitatem in loquendo ſcribendoq; & aliud uitium quem ſolœcũ dicere poſſumus ¶ Indoctiſſimo. exponit quid per barbarum ſignificare uult ¶ Fanatico fatuo· laruato, furijs agitato, blateroni, minus caute, minus conſiderate loquenti futilia friuolaq;, Hij enim fatui dicũtur Et qui numinis furore perciti ſũt uexanturq;, fanatici, lymphatici, cerriti, dicuntur, Satyricus poeta, Et crine ſenex phanaticus albo. ¶ Aſellus ad lyram. Prouerbium hoc de inepto dicimus, quemadmodum eſt illud quoq;, Sus mineruam docet, Ineptus autem non ſignificat eũ, qui uulgo ita dicitur, Tu require in libro de oratore Cicerõis ex Craſſi diſputatione, Huic autem prouerbio. aſellus ad lyram, contrarium eſt, ſecũdum Ariſtotelem eſſe natum, ut eſt apud Au. Gel. libro tertio, Sciẽdũ tamẽ plures apud ueteres fuiſſe Parœmias ideſt prouerbia de Aſino quales hę̨ ſunt, ἐξ ὄνου παρακυψέωσ ideſt ex aſini proſpectu, quotiens inſperata magnaq; produntur & manifeſtantur, Item περι ὄνου σκιᾶσ ideſt de aſini ũmbra, de ijs qui deſiderant noſſe futilia, Item ὄνοσ προσ αυλὸν, aſiinus ad tibiam, Item, ονοσ λυρασ, aſinus ad lyram, Itẽ ονοσ εἰσ αχυρα, aſinus in paleas, de hijs qui pręter ſpem in bona incidunt, Item ονον κείρεισ, aſinum tondes, de hominibus inefficacia aggredientibus Cui eſt conſimile, ονον ποκουσ ζητεισ. aſini uellera quę̨ris, & apud Au. Gel. Aſinum inter ſimias fieri.

Apologi — Barbarus — Grãmatica — Fatuus — Fanatici

Sed ſi modo per tempus & negocium
Mihi liceret & uacaret, belua
Oſtenderem recte tibi qui uir ſies.
At introrumpunt conſodales audio
PHA. Abeo domum dictis onuſtus peſſimis.
LIX. Nunc Heluo quantũ eſſet in rem tute ſcis
Vt huic cauillatorium os contunderes.
HEL. Sequar uirũ, ſi mutiat, pugnos edet,

¶ Liceret. tempore uacaret, propter neg ocia. ¶ At introrumpunt. uerbum ad ſignificandū tumultum, incompoſite concurſantium non ineptum, Eſtqꝫ παρασκευη, ideſt preparatio ſcęnę ſequentis. ¶ Abeo domū, Epilogus orationis Phariſeum noſtrum conuicit, Nam ſe uictum ex animo fatetur dictis peſſimis, q̄bus Fanatici fatui potius priuſqꝫ quam oraculis propheticis fatidiciſqꝫ retundūtur. Honuſtus pro oneratus, poetę namqꝫ confundunt, Oneratus quocūqꝫ onere preſſus, Honuſtus uero cui pondus honori eſt, Seruius li.1.æneí. Nunc Heluo Confirmat diſputationē ſuam ampliore preſidio lixa, officium partiens in Heluonem, aduerſus hominē cum quo pugnis facilius, quam argumentis contenditur. ¶ Eſſet in rem. quantum ad rem pertineat amplius. ¶ Cauillatoriū os. dicax uerborum futilium, calumniatorium, ſcurrile, Contra linguaces protrita circumfertur ſentētia, Plures lingua necat quam gladius. Cui uerſus ille gręcus ſubſcribit, ἡ γλῶσσα πολλοὺς εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν, lingua multos egit in perniciem. Sequar uirum, ſi mutiat pugnos edet, hæc cœna parari debet ſtolidis, Plautino uero Soſiæ non placet eſitare ubi apponuntur pugni.

*Marginal notes:* Honuſtus / Oneratus

# Actus Tertius

## OBVTTVBATTA, SALAX. LIXA, ARISTOPHORVS.

BVT. Dij uos edones, combibones comici
Perdant omneis LIX. heus, te uolo, BVT. qd lixa
LIX. Dij ut te perire in rē uelint uel nō bonā (uis:
BVT. in rem malā uis dicere LIX. immo peſſimā.

¶ In Comœdia ſolet eſſe Cataſtrophe ideſt cōuerſio ad iocundos exitus, patefacta cunctis cognitiōe rerum, In hoc itaqꝫ actu tertio ad rem totam itur, & quę reliqua ſunt explicantur, Voluit enim pelluere in labro æneo ut ſatiſfaceret iſtis cruciferis hiſtrionibus, Prodit igitur merce ſua elota Buttubatta, & ut ludiones complices ad oſculandū inuitet egregias concinnat ſycophantias, moxqꝫ luſos re patefacta ad execrationem incitat maledicentiſſimā. ¶ Dij uos edones. ſecum Buttbatta, dij uos edones ideſt uoraces, guloſos, edaces, gręce phagōes ab edacitate. ¶ Combibōnes. a bibendi conſuetudine. Perdant omneis. antiqua orthographia. ¶ Quid lixa uis ¶ Terentius, quid uis faciam,

*Marginal notes:* Cataſtrophe; Edones / Phagones

Verbum faciam adiecit, Plautus in Aulularia, quid uis tibi. Dii ut te perire in rem uelint, Plautinus iocus, ſalitus & feſtiuus.

BVT. Melius meatim te ominari peruelim.
Tu quod tuli uide, tene, conſydera.
Num bellule ac lepide nitet poſt balneum?
Nę ego miſer, quem oporteat tam uilibus
Mancipiis geſtare morē, & pendulis
Suſpenſili turbę raponū, immo furum.
Tibi in manu eſt, agedum colendum prębeas.
Iam circulatim exoſculentur hoc ſacrum,

¶ Meatim. meo more, ſicut Tuatim tuo more aduerbia ſūt a pronominibus nata, Donato auctore Sergioq;, Priſci. ſcribit hęc aduerbia p ſonas dumtaxat ſignificare li. viij. & .xi. ¶ Ominari. diuinares & au- Ominor
gurares, Inde omen, & ominalis & ominoſus, Pythagoreos legimus Omen
non ſolum deorum uoces obſeruaſſe, ſed etiam hominum, quę uocāt omina, & ominare dicebāt antiqui uoce actiua. ¶ Tu uide. monſtrat caluariam. ¶ Tuli. pro attuli, aphęreſis. Vide. oculis. Tene. manibus. ¶ Conſydera. conſpice. Num bellule. pulchre, ſcite, munditer. ¶ Ac lepide. nitide, lucide. Poſt balneū. latine & proprie dicit balneū, quod priuatum eſt, Nam balneas genere muliebri cum dicimus, thermas ſignificamus, auctor M. Varro, ſed nō ad amuſſim, M. enim Cicero de oratore li. ij. Priuatum M. Bruti balneum genere fœminino balneas uocat, Cicero uel Cornificius li. iiij. Nā ut forte hic in balneas uenit, & in Exornatione quam Notationem uocamus, Poeta Satyricus, & crudum pauonē in balnea portas, Vlpianus li. digeſtorū
quinquageſimo, Balneū publicum dixit, quaſi balneū & priuatū pub- Balneum
licumq; ſignificaret promiſcue, a greco βαλάνιον deriuamus, q̄ anx- Thermę
ietatem ex animo pellat, Auguſti. li. ix. confeſſionū Noſtri ea propter Balneę
Balineū dicere deberent, ſed ſyncopatim Balneū enunciant. ¶ Nę ego miſer. ¶ Nę pro ualde Cicero, nę illi & hoc melius, Plauto familiariſſima particula, Tu uide Donatū in Prologo Andrię. ¶ Tam uilibus mancipijs. Indignatur morem tam uilibus genere ludionibus, per hoc deſideriū exquirēdi de Caluaria incutit, ut ludat feſtiuiter auidos cognoſcendi. ¶ Suſpenſili. ambiguę, ſollicitę, & hęſitanti. ¶ Turbę raponū. raptorum, rapinatorum, Antiquitas dixit Rapones pro raptoribus,

Immo furũ Correctio color, grȩce επανορθωσισ Cice. ſeu Virginius li.iiij. Diuus Hiero. Cicerõis hoc opus eſſe cõfirmat, Fabius & Plutar. refragant̃, & plerȩcꝗ rões ſatis ſtrenuȩ. Tibi in manu eſt. uolutari atcꝗ inuicẽ pberi Caluariã accipimus. Colẽdũ. uenerãdũ.
Circulatim Circulatĩ. uiritim ad circulũ orbiculariter, a Circo & circulo aduerbialis dictio.

ARIST. Demortui leonis eſſe cranium
Videtur execrabile, ad furcas age
Vbi repperiſti hanc mortuam caluariam.
BVT. In craniario inter oſſa putrida
Vbi cubant tam diuites quam pauperes.
Caput omnium mortalium digniſſimum.

Ariſtophorus ſupplicationi decretȩ nõ conſentit, ex fœditate caluariam defugitans & deteſtans. Demortui lenonis craniũ. κρανιον grȩ
Craniariũ canica uox, latini caluariã nuncupant, paulo ſuperius, Catapocia fieri docuimus ex caluaria inuento Artemonis ex qbus ſi qs aquã ꝓpinet
Cubo fontanã comicialibus morbis mederi. Videto apud pliniũ uolumine
Incubo duodeuigeſimo ca.i. de portẽtis ex calua pro remediȷs innocẽtibus ex
Incumbo cogitatis, Videtur execrabile. dirum, abominabile, pollutũ ac peſti
Diſcumbo lens. Ad furcas age. refer, reduc unde abſtuliſti. Craniario. ubi reponũtur cõtinenturcꝗ caluariȩ. Inter oſſa putrida. humecta, tabida
Mors ſoluta. Vbi cubant. aiunt Grãmatici Cubare, & Cumbere ꝓprie ad ȩgrotos ptinere. Hora. Trans tyberim cubat, & alibi, Cubat hic in ualle Quirini, Incubare dicũtur aues & tyranni ſubſeſſores in alienis regnis, Incumbere uero diligentẽ operam dare, Diſcumbere cibi capiẽdi gratia, Concumbere uenereorum cauſa, Accumbere cũ alio iacere ſignificat, Cubantes auſpicari dicuntur, qui in lecto quȩrunt augurium. Tam diuites quã pauperes. optime ſcriptũ, Nã mors bona neminem fallit, neminẽ prȩterit, nec huic magis quã illi gratificat̃, ſed æqua lance cũctos tollit ȩquo pede regũcꝗ turres pauperũcꝗ tabernas pulſat. Mori uolẽtibus Tiberius Cȩſar uim adhibuit uiuẽdi, Auguſtinus in primo de ciuitate dei, maiorem animũ merito dicẽdum ait, qui uitam erumnoſam ferre, quã qui fugere poteſt, adeo leue ſuppliciũ mors eſt, In Tuſculanis Quȩſtionibus, latiſſime diſſertat M. Tullius de Morte.

LIX. Quo:nam poteſt uel tartaro uel fulmine
Dignum eſſe, ſcirpo huic nodus eſt, obſcura ſunt
Quȩ ais, reſponde quid facis caluariam hanc:

BVT. Caput omnium mortalium digniſſimū
Cui ſupplicetur, hoc gerenda conſulit.
Et quicquid eſt quod conſulit, princeps facit,
Omnis poteſtas huius in manu eſt ſita.

Quo. quare, Teren. Quo ęquior ſum Pamphilo. Nā poteſt. Mi-
ratur Lixa Buttubattā ꝙ oīm mortalium digniſſimū caput, dixerit q̄ Scirpus
ſcire potuerit. Huic ſcirpo nodus eſt, plane qdē loqueris, ſed hęreo ni
hilominus, Prouerbiū uetus de ambigēte, ubi nihil ambigēdum erat
deq; ijs q abſurde faciūt, ꝙ ſe animi angant, Nodum in ſcirpo quęris
Teren. Cęterū Iuncus eſt ſcirpus, Inde ſcirpicula falx. Varro li.i. Plini.
xiiij. & xvi. de ſcirpo. Obſcura. ſignificat q̄ uelit per id intelligi, Scir
pus inquit Dona. ſine nodo q̄ꝫ nos enodē dicimus, & lenis iunci ſpecies
eſt. Quid facis. quanti ęſtimas. Caput inq̄ꝫ hoc facit. uirtutes capitis
cōcinnat ad uneratione cultūq; hiſtriones inuitans, leue uulgus & faci
le ſuaſu, Hoc gerenda conſulit. Cōſulere res eſt ſalutifera, prius con
ſulto Salu. ait, & ordo hic ſapientibus attendit, Oīa nanq; conſilio q̄ꝫ ar
mis experiri decere Teren. eſt auctor, Oīs poteſtas huius in manu eſt.
res eſt miſerrima, oēm principis poteſtatē in manu eſſe ſtolidi capitis,
ad hypotheſim argumenti iunctiſſimus textus.

SAL. manes habere poteſt, at haud manus habet
Ni ſit lemuriū quod ungues occulit
Quod quaq; noctiū quietos territat
Et unguibus uultu cicatrices notat
Immane terriculamen & manes truces.

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

Manes habere. ſimulachrū maniū terriculamentū laruarū, locus
in dictione. At haud manus. haud eſſe manuatū cernit. Ni ſit lemu Lemurius
riū. umbra defuncti cuiuſdā uagātis, & uitę ſtipēdijs exuta. Lemures
dici putant, q̄ſi remures a Remo, cuius occiſi umbras frater Romulus Lemures
cū placare uellet, Lemuria īſtituit. i. parētalia. Oui. in faſtis, Marcianus
uero Lemures appellari manes exiſtimat, q poſt uitā ijſdē corpibus Lemuria
delectent, & cū ijs maneant, q ſi uitę prioris adiuti fuerint honeſtate, in
lares urbiū deorūq; cōuertunt, Sin prauitate, ꝓhibet idem auctor Lar Lares
uas dici, Accedit illi Auguſti. li. ix. de ciui. dei. Varro de uita patrū li. i.
Vngues occulit. tegit, occultat. Quietos territat. laruā ſignificat &
imaginē nocturnā terrificantē, & mortalibus terriculamentū, occurſa Laruę
culūq; ueſꝑtinū. Et manes truces. terribiles, uiolentas, minitantes.

BVT. Sine me tibi ſodes recenſere probe
Quid proſit & quid obſit hæc caluaria
Vel hæc quid omnino ſit, unde uenerit.
Quo tendat, & quorſum breui uentura ſit
ARIST. Taceamus, uſquam nil uolo appetitius.

¶Sodes. aduerbium blandientis, ideſt ſi audes; aut potes, Et ex hortantis nonnūquam, Teren. in Andria, Dic ſodes quis heri Chriſidem habuit, Hora. Roſcia dic ſodes melior lex. Recenſere. recitare ex ordine. ¶Quid proſit. ad uenerandū, ¶Et quid obſit, ad execrandū Inducere uult deinde luſos Caluariæ adoratione. ¶Taceamus. perſuaſi ad ſilentium conuertuntur auſcultaturi de Caluaria, Vſquam,
Vſquam Locum magis quam tempus ſignificat, Donatus in Eunucho. Appetitius deſiderantius, ardentius.

BVT. Videtis hanc caluam recaluaſtram cauam
Et oſſeam ac teſtaceā, prodeſt modis
Tribus, creat numerū, dat umbrā, & loca replet.
SAL. Garrire Buttubatta noſter uiſus es
Dialecticū hoc ſophiſma, ut illudas tuis.
Non cernitis quomodo ſuū os hic carnifex
Diſtorſerat, mox in loquendo fabulam? (modo.
ARI. ah dic. B. rogas? LIX. ah dic p̄camur. SA. dic.

¶Videtis. Ioco facit attentiores. Hanc caluam recaluaſtram, glabram ſiue glabellam, minuſq; depilem, Caluaſtros & caluatulos per diminutionem eos appellamus, qui non omnino calui ſunt & depiles, quos antiqui Romani, Lydios nuncupabant. ¶Cauam. ſuapte natura non opere. ¶Oſſeam. ex oſſibus, uti Chriſippus ſcribit in libro περι προνοιας, de prouidentia, Cum corpora hominū natura fingeret, ratio ſubtilior & utilitas ipſa operis poſtulabat, ut tenuiſſimis minutiſq; oſſiculis caput compingeret, quorum numerus. xxiii perhibetur a medicis, Sane oſſa carere ſenſu Macrobius li. vij. ſcribit, Ab oſſe for-
Oſſiculatī matur oſſeus, Iuuena. Manubria cultellorum oſſea. Et aduerbiū oſſicu-
Oſſuarium latim, Sed Iuriſcon. Oſſuarium pro loculo uſurpant defunctorum.
¶Creat numerum. auget, facit, ſupplet, Explere numerum de anima

dictũ a doctiſſimo Vate quid ſit Macrobius explicat de ſomnio Sci-
pionis. Vmbram & loca replet. quia corpus continuũ, numerum
uero creare quãdo dixit diſcretum ſignificauit, Garrire. de auibus Garrio
dicit̃, & ĳs qui nugas, gerras, & ineptias loquũtur, aut inepte ſtrepunt, Gerrę
Inde Garruli qui & Gerrones & nugatores, Terẽ. Garris, Plau. in Au Gerrones
lularia, Soleo Hercule ego garrire nugas. Dialecticũ hoc ſophiſma
decipulam, cõmẽtum, capciunculam, quibus hodie ſcatent libri ſcho
laſticę paleſtrę, & licet periculũ non mediocre ſit plęriſcꝫ in dialecticæ
giris meandriſcꝫ tancꝫ apud ſyrenios ſcopulos cõſeneſcentibus, tamẽ Sophiſtę
uirulentę garrulitatis iſtius qua adoleſcentum ingurgitantur ingenia
nõ eſt modus, textus Ariſtotelicę ſapiẽtię ſuſcꝫ decꝫ cõtemnit̃, Inde fit
ut aſſidua garrulitate homines eſſe deſinamus, Quod & Diogenes cõ
probat, quem cum ita inceſſuiſſet dialecticus, Quod ego ſum tu nõ es
annuit Diogenes, atcꝫ ille addidiſſet, Homo autem ego ſum, & id q̊cꝫ
aſſenſus, dum capciunculam finiret cõcluſit ad hunc modum, Homo
igitur tu non es, hoc quidem inquit Diogenes falſum eſt, & ſi uerũ uis
fieri a me incipe, Virgi. Qualis uita hominũ duo quam monoſyllaba
uerſant, Seneca philoſophus moralis in eiuſmodi rebus ætatem pone
re uehementer diſſuadens, cum Iſocrate illo ſapientiſſimo ad philoſo
phiam quę bonos facit non doctos ſolum adhortatur, Inclinatur autẽ Sophiſma
σόφισμα, ατοσ, in ordine quinto græcorum perittoſyllaborũ, nos in
tertiam reducimus declinationẽ, quemadmodũ a ſecunda ipſorũ pri
mam formamus ut ἐπιτομὴ ἐπιτόμησ nos Epitoma Epitomę, Colu Epitoma
mella li. i. Totũ Dionyſium pœni Magonis interpretẽ per multa diffu
ſum uolumina ſex Epitomis circumſcripſit, Quare merito arguis me
dulciſſime pręceptor, ꝙ epitomatis ad te ſcripſi, non epitomę, feci aũt
(ſi ad ferulam deuitandam facit) adductus tuarũ auctoritate legum
in digeſto ſiquidem nouo, ſub titulo de appellatiõibus, allegatur Her
mogenianus li. ĳ. iuris epitomatum, nõ epitomarum. Vt illudas tuis
Illudere per ludum nocere. Virgi. Tum uarię illudunt peſtes. Illudas Illudo
tuis cõgruenter dixit, Nam illudo te figuratũ eſſe Seruius docet. Vir.
Verbis uirtutem illude ſuperbis. Non cernitis, accipimus alios pa-
rum intellexiſſe ſe luſos. Salax itacꝫ, Carnifex. tortor, cruciator, dig Carnifex
nus carnifice. Carnifex eũ qui carnes ex homĩe facit ſignificat, uel qui
dignus eſt carnifice, aut excarnificans. gręce βασανιστησ Caro dicta.
ꝙ careat anima uel quaſi cado. ꝙ iã ſcilicet ſine anima ſit & cadat, Vñ
uerbum excarnificare, Teren. ubi me excarnifices, Et Carnificina quę Excarnifi
uox domiciliũ cruciatuũ, & officium carnificis denotat Plau, in Capti co
uis. M, Cato Carnificinas numero multitudinis dixit ꝓ ſupplicĳs atcꝫ Carnificina

tormentis & cruciabilitatibus ¶ Diſtorſerat. deformauerat, diſtẽde
rat. ¶ Mox in loquendo fabulam, argutiolam cõmenticiam. Ah dic.
Illuſos cernunt ſe, inſtanter iccirco rogitant, quatenus de Caluaria quę
Ah bona malaue habeat, ſodales non celet. ¶ Ah dic, Ah non nunquam
flentis alias ridentis, modo obſecrantis interiectio, quam græci aduer
Aha bijs connumerãt. Teren. in Eunucho Paraſitum ridentem inducit Ah
ah eh, In Adelphis Soſtrata flens, ah me miserã inquit, Priſci. in ea parti
cula factã exiſtimat apocopã, Nã perfectum aha ſicut uah, ꝓ uaha legi
mus. cũ in h regulariter q̃ eſt nota aſpiratiõis nõ poſſit termĩari ſyllaba

BVT. Videtis hanc caluiciam uel hoc caput.
Quod cuncta nutu, numine, & voto ſuo
Regnat, regit, mandat, iubetq́ & precipit
Nolentibus, volentibus, ſimul aulicis,
Et incolis & accolis & proxumis,
Et intimis & extimis, contra deum
Contraq́ phas vortit reuortit omnia
Et pro deo pro phaſq́ rurſus ſi volet (nũ caput:
ARIS. Hoc vacuum, hoc illepidum, hoc putre ac va

¶ Videtis. ¶ Monſtrat Caluariã uelut diceret, fors uerisimile uobis
non uidetur. ¶ Videtis autem hanc caluiciam. ¶ Ariſtoteles in .v. de
generatione animaliũ, Et Albertus germanorũ philoſophus illuſtris,
libro undeuigeſimo de animalibus cauſam Caluicij prodiderũt, Scri
Aulici bit Hippocrates neq́ fœminas neque ſpadones calueſcere. ¶ Quod
cuncta nutu. ductu, auſpicio, uoto, deſyderio, uoluntate. Aulicis.
Aulę principiſq́ cultoribus, purpuratis, & arcana principis noſcitanti
bus, Suetonius, Cauſam operis ab interioribus aulicis proditam, Ab
Hoſtici aula, aulicus, ſicut ab Haſta haſticus, & ab hoſte hoſticus, interanea ſyl
laba repente pronũciata, Oui. libro. iiij. de Faſtis, Hoſtica tyrrheno uo
ta eſt uindemia regi. Item de Ponto. Smyrna uirum tenuit, nõ pontus
& hoſtica tellus, Item de Triſtibus, Et cremat inſontes hoſtica turba
caſas. ¶ Et Incolis. aduenticijs, conuenis & indigenis habitatoribus.
Incolam Pomponius eum eſſę dicit, qui in aliam regionem domiciliũ
ſuum contulit, quem gręci παροικον appellant, Nec tantum qui in opi
do moranť incolę ſunt, ſed etiam qui in alicuius opidi finibus ita agrũ
habent ut intra eũ ſe quaſi in aliquã ſedem recipiãt, Sed quid inter mu
nicipẽ, ciuẽ, incolã, aduenã, & accolam differat li. L. digeſtorum a Iurę

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

conſultis diſputari ſolet ſub titulo ad municipales de incolis Contra deũ cõtraq; phas. Virtutes prĩcipis duę ſũt in primis, fortitudo & iuſticia, Quod Home. illo uerſu docuit. ab Alex, magmo Homeri ſtudioſiſſimo obſeruato. Sic Home. Ille bonus pugnator erat dux optimus idẽ. Nõ eſt igitur iuſticia ubi cõtra deum cõtraq; phas prĩceps ſeducit Cõtra deũ facere demẽtia eſt, Nam diuũ fortia quid nõ, Tela queunt? Sta. inquit li. ix. Et ſtant nulla diu deceptis gaudia diuis, Sil. li. xv. Contra phas nõ debet princeps agere. hoc enĩ plus uerebunt, q̃ illis plus licet, Ipſis quoq; dictum accipimus, Id facere laus eſt quod decet nõ q̃d licet. Nã q̃s timeri decet, eos diligi decet magis, & iuſta imperare principũ eſt officiũ, Hoc uacuum, iuſticia, Illepidum uitiis contaminatum & rubiginoſum, Putre, ſolubile, inconſtans. lubricum, Ac uanum. uirtute nulla prẹditum, mendax, Fortitudo Iuſticia Principis officium

BVT, Immo hoc potens gratum placens, laudabile
Quod principem regit trahitq; quo cupit,
Creat magiſtratus, repellit denuo.
Veterem exauctorat ſenatum & conſules,
Nouum ſenatum & conſules ſuccenturat.
Reiq; publicę reſcriptuarios
Alternitate muneris premit, leuat,
Negociatur vniuerſa principis
Sine principe, & conſilia dat ſine conſule.
De eiuſmodi ſolo ſuomet capitulo
Quod cernitis quam illuſtre, quã egregiũ eminet.

Immo hoc potẽs, mẽdaciis, Gratũ, ſtolido preſidi. Cicero de ſenectute, pares cũ paribus facillime cõgregãtur, & qualis populus, talis preſes, ait Propheta. Laudabile. ſupparaſitantibus aulicis. Quod principẽ regit, Ius regat principẽ, Vir. Iura magiſtratuſq; legũt ſanctũq; ſenatum, Iura primũ dixit, magiſtratus deinde, ubi enim lex nõ imperat magiſtratui, ſed magiſtratus legi pręeſt, interitus illi paratus eſt ciuitati. Taceo de ſceleſto magiſtratu. Nam ſeculo premimur graui. quo ſcelera regnant. & ſęuit impietas furens. turpis libido, potens uenere, Creat magiſtratus. Diſponit honores curiales & ineptis diſtribuit, quod in uerbo creare aĩaduertimus, Verũ eligi debet mgr̃atus Ius



[library stamp]

non creari, Vir, Iura magiſtratuſq; legunt. Comicijs eligi magiſtratus
romanorū mos fuit, nō a uano capite, & accipi, nō arripi. ſed proh blan
Exauctoro — da poteſtas, Et ſceptri male ſuaſus amor Sta: li, xi, ¶ Exauctorat, dimit
tit, repellit, eliminat, nexu ſoluit & amolitur, Auctorare obligare ſigni
ficat, Plinius auctoratū ſcribit uindemiatorē, Contrarium illius, Exau
ctorare, inde auctoratus & auctoramētū, Cicero li. i. officiorum. Au-
Auctorati — ctoratum pro addicto interpres Horatianus ſumit & pro cōdemnato
ait enim qui ſe uendunt ludo gladiatores auctorati uocantur, Aucto-
ratio uenditio gladiatorū, Proprie tamen militem ſacramento obliga
tum, dicimus auctoratū. Et exauctoratum a ſacramēto ſolutum. Sene.
li. iiij. de beneficijs auctoramenti non nihil recordatur. Quintilianus q̄
q; in gladiatore. a Liuio auctoratus proditor dicitur. Et miniſtrorum
perpetuū epitheton inditur auctoratorum. Manilius. atq; auctoratos
in tertia iura miniſtros. Tranquillus in Tiberij Cęſaris uita. de legendo
Senatus — uel auctorando milite. Senatum ueterem. Ipſum nomen ſenatus pro
fitetur illius ordinis habitum & mores. Quod ueteres in ſecunda decli
natione flectebant. Nam duplex cōſuetudo ab antiquis grammaticis
De quarta — nominibus habita eſt t ante us retinētibus, ut hic ſenatus. tumultus,
declinatiōe — ornatus, huius ſenatus, & ſenati. tumultus & tumulti, ornatus & orna-
ti. In qua declinatione caſum dandi, u nonnunquam terminabāt. ut eſt
apud Vir. parce metu Cytherea, a genitiuo us finito deriuatū. Cęterū
ui ſi finit a gtīo uis diuiſis ſyllabis trahit̄, ut huius ſenatuis, uiſuis, huic
ſenatui uiſui. ¶ Succenturat. ſubiicit, ſurrogat, ſubſtituit. ſufficitq; in
Succenturiati — locum priorum. Succēturiatos uerbo militari denotant, qui explendę
centurię gratia ſubijciūt ſe ad ſupplementū ordinum, Teren, in Phor,
nunc prior adito tu, ego inſidijs hic ero ſuccenturiatus, ſi quid deficies,
Scripturarij — Reſcriptuarios, ¶ Scripturarij qui nunc Scribę dicuntur. honeſti ordi
nis etiam quondā fuerunt Cicerone teſte, Græci Grammatea ſcribam
Archigrāmateus — uocant, Et Archigrāmatea principem ſcribarum, quē uulgus Cācel-
larium appellat, Sed latine Flauij Vopiſci beneficio, qui hanc uocem
romana donauit ciuitate, ¶ Alternitate, per uices, uiciſſatim, uiciſſitu-
Viciſſitas — dine Pro qua ueteres latini uiciſſitatē pronūciauere. uti Actius ſcribit
¶ Negociatur uniuerſa principis ſine principe. Solus omnia diſpen-
ſat, Columella uolumine, ij, tam ocij quā negocij rationē extare oporte
re ſcribit. M. quoq; portius Cato idem probat de originibus. Et Cice
ro Magnificum pręclarumq; eſſe hoc Catonianum arbitratur, Con
ſilia ſine conſule. Romulus centum patribus cōſtare ſenatum uoluit.
non uno, non duobus, Iuriſconſulti uulgatum circumferūt adagium,
oculos cernere, quod non uidet oculus. ¶ Eminet, extat. Quā illu-

ſtre Tria ſunt uocabula, quibus tam in laude quā in uituperio utimur
Illuſtris, inſignis, & egregius, auctores ſunt linguæ latinę principes.

Concludit autem principem triclinio
Ne poſſit eſſe acceſſus ullis abſq; ſe,
Legationes ante mulgens concutit
Quam principis frui queant pręſentia,
Edicta & interdicta, iura, oracula
Leges, prophanis atq; ſacris dictitat,
Obediunt cœleſtia & terreſtria
Capitello huic, quianam ſublimat et infimat
Depauperatq; & diuitat, quę uult facit
Que uult iubet, que uult uetat, Capitis caput,

Concludit principem in Triclinio. lecto diſcubitorio, Lectulis
enim ſtratis antiqui diſcumbebant, Vnde Triclinium a tribus lectis
in quibus cœnitabant, Horatius, Sępe tribus lectis uideas cœnare qua
ternos, Verſatilia Triclinia priſcorum excogitauit luxuria, Sueto. in Triclinia
uita Neronis. Ne poſſit eſſe acceſſus ullis. Dos primaria regum
principumq; clementia, Q. Curtius, in Ptolemeo Alex. Magni princi
pe, quæ laude digna ſūt in quolibet rege ſic colligit, Idem corporis cu
ſtos, promptiſſimuſq; bellator, & pacis artibus quam militiæ maior
& clarior, modico ciuilique cultu, liberalis in primis, aditque faci-
lis, nihil ex faſtu regio aſſumpſerat, ob hęc regi an popularibus chari Laus prin
or eſſet dubitari poterat. Et Seneca, Magnum timoris remedium eſſe cipis
clementiam in principe, quem ferrum quidem tuetur, ſed melius fides
Et cum timeri eum deceat, plus tamen diligi. Nam quicquid exprimi
tur graue eſt. Omniū uero pulcherrimū eminere inter illuſtres viros,
conſulere patriæ, parcere afflictis, fera cede abſtinere, tempus atq; irę
dare. orbi quietem, ſeculo pacem ſuo. Hæc ſumma virtus, petitur hac
cœlum uia. Sic ille noſter hodie Cæſar Maximus æmilianus, ſemper
auguſtus, quem fortuna iactauit diu terra mariq;, per graues belli ui-
ces. hoſtes uincit, opprimit, ſubmittitq; incruenta manu, nutuq; facili
moderatur habenas, pacis auctor, generis humani arbiter electus Maximus
orbem ſpecie ſacra regit, patriæ parens, quod nomen vt ſeruet ſem- æmilianus
per inuictus acie, domitorque gentium, expetunt cuncti, quos ſacra

cōmendat Roma conciues.Et cum ſummas exiget horas conſumpta
dies,ille qui meruit virtute cœlum,diuus Auguſtus,ſydera ſcādat di-
gna thalamis auguſta ſuis,genere atqꝫ forma,probitate,fide,omnes in-
quam vnam contulit laudes omnipotens.talem uoluere naſci,fata ſuo
Cōcuſſores regnatori.¶ Legationes ante mulgens. Concuſſores eos accipimus,
quicūqꝫ ſtipendia ſibi publice decreta ſubditicio lucro augificant calū
niantes & concutientes.Sancti Ioannis Baptiſtę reprehenſione nocētes
Edico Extat Titulus in.LL.de Concuſſionibus.¶ Edicta, edicere ait Dona
tus ſuper.x.li.æneidos,eſt cum auctoritate aliquid curandum iubere.
Principio ſocijs edicit ſigna ſequantur.Et alibi li.xi. Tu uoluſe armari
uolſcorum edice maniplis,Item, ſocijs tunc arma capeſſant, edico,In
Edicta Secūda vero Comœdia Terentij idem auctor Edicimus inquit id eſt
iubemus uel iure dicimus,Inde Edicta,quæ ſunt imperatoris aut Pre-
toris,Vlpianus libro quinquageſimo digeſtorum.Qui uetante preto
re fecit,hic aduerſus edictum feciſſe proprie dicitur.Terentius. Nunc
adeo edico tibi,ne vim facias ullam,Iuriſconſulti & interdictum edi-
Interdicta cto ſignificari uolunt nōnunquā.libro.xxxix. digeſtorū.Interdicta ta
men proprie quod inter duos dicantur.Donatus in Ecyra,Dicimus
quod iubemus fieri,Interdicimus quod uetamus fieri,Dicimus etiam
uni generi hominū,Interdicimus diuerſis.Itaque pretoris edicta & In
terdicta proprie dicuntur.¶ Oracula reſponſa,Oraculum pro tem
Prophani plo ſumitur vnde dantur oracula, Virgili. libro.ij.æneidos Scitatum
Dictoꝝ oracula Phœbi,mittimus,¶ Prophanis, popularibus,Nos laicos &
Dictito Seculares nominamus.¶ Dictitat ſpeciei frequentatiuæ a dicere q̄d
oratorum eſt.Significat aūt dictare dicere quod alter ſcribens excipi
Dictata at,& manu ſtiloqꝫ notet,Dictitare etiam frequentibus temporibus lo-
ciſque dicere & narrare.Inde dictata ¶ Perſius Ten cirrhatorum cen
tum dictata fuiſſe.Pro nihilo pendas. Obediunt, obſequuntur,Iu
riſcon.uerbum audire ponere ſolēt pro obedire, Vlpianus de arbitris
receptis,Si alter ex litigatoribus dicto audiens non fuerit.

¶ Capitello. ſecunda forma diminutionis.Sublimat & infimat,
extollit,deijcitque,Depauperat,attenuat,& pauperes facit,Et di
uitat pro ditat,diuites facit,Nonius.¶ Capitis caput ſignificat totū
preſidem poſſediſſe.

ARIST, An vera predicas rogo te ſerio.
BVT.Quin uera,SA.vera:BV.verius ueriſſimo.
SAL.Hei mira ſors iſtimodi caluarię.

BVT. Quin baſiate ligurίones hoc caput
SAL. Quare, BV. quia ipſis capite plexis eſt caput.
Et omnibus furunculis, infamibus.
Epulonibus, mandonibus, manſucijs
Cui quot uſquam ſunt virorum mollium.
Ac molliorum fœminis nunc ſupplicant
Quod in ſacris & in prophanis ędibus
Quaſi ſit deus, colunt, adorant, prędicant,

¶ Quin. etiam, immo, Terentius, Quin ego hic maneo. ¶ Rogo
te ſerio. Mira de Caluaria Buttubatta retulit, uera ne ſint rogat Ari- Serio
ſtophorus, Hercule uero & Serio aduerbia ſunt cõfirmandi, Donatus
¶ Iſtimodi. αρχαισμοσ, ideſt uetus locutio pro iſtiuſmodi. ¶ Ba-
ſiate, exoſculamini, Oſculandi genera Donato tria uidentur, Oſcu-
lum, Baſium, Suauium, quę ſeparat hoc modo, Oſcula officiorum ſũt,
Baſia pudicorum affectuum, Suauia libidinum, uel amoris. ¶ Li-
guriones. απο του λιγουρου, Sic enim græce Suaue uocant, Vnde
Liguriones guloſi, ab antiquis Catillones uocati. ¶ Capite plexis. Liguriones
truncatis, cæſis, caput punitis, Plecti punire ſignificat apud Iuriſeru- Catillones
ditos, Nam plecti capite quenquam dicimus, Silius libro ſecundo pu-
nicorum Dii procul o merita eſt ſi nunquam talia plecti, In commen
tario Phormionis Plagas & Plectra a plectendo, quod ferire ſonat Plecti
deduci uult Donatus, Sic Geta, Tu iam lites audies ego plectar pen
dens. ¶ Mandonibus. a mandendo a quo itidem Manducare & Mã Mandões
ducum obſonium, & Mãducones qui & comedones & Heluones Gu Manſucii
lones & Manſucij, Marcus Varro in Attellanis. ¶ Molliorum fœ-
minis. animal molle fœmina, Virgilius. Varium & mutabile ſem
per, fœmina, Calphurnius ægloga tertia, Mobilior uentis o fœmina.
Cui natura ſi dediſſet uires quemadmodum audaciam, eſſet profecto
animal hoc inexpugnabile. Seneca dicente, Mulier, dedit natura cui ꝑ
num malo, Animum ad nocendum, pectus inſtruxit dolis, Sed vim Mulier
negauit ut ne inexpugnabilis eſſet, ſed ęgras frangeret uires timor uel
pœna. Prędicant. ¶ laudant.

Ludos, iocos, ferias, honores ſtatuunt
Mandat, probant, remandat, illi idem probant

Condemnat,& dat gratiam,uexat bonos.
Amat malos,ut quiſcꝫ furcifer fuat.
Proſcriptus ob crimen,caput capital capit
Seu factionis factioſę induſtriam
Latrunculandi animo cum eo paciſcitur

¶ Ferias. ¶ feſtos dies .Et dat gratiam. Metaphoricos Nam dare
gratiam ſolius eſt dei,Feriis nō eſt uſcꝫ ſua ſignificatio in uulgo,ſed ius
ciuile dumtaxat huic uoci ſuffragatur & natiuam inſitamcꝫ ſignifica-
tionem conſeruat,Ferias Hora.uolumine.iiii.ad Iulium Antoniū ſcri
bens circumloquitur,ibi, Conciues lętoſcꝫ dies & urbis &c. Ceſſabat
autem pretor a iure dicendo,uel propter magnā aliquam fœlicitatem
& ferię dicebant̃ Imperatiuę.Nōnuncꝫ tumultus ſibi obſtrepebát quę
**Feriæ** uacatio dicitur Iuſticium.Erantcꝫ Statiuę,nec non Cōceptiuę & Nun
dinę pagorum ruſticorumcꝫ.Vnde & Paganicę & Sementinę. Et ad
mercimonia uerſanda.Adduntur ijs publice ferię a gręcis ἐκεχειρία. id
eſt Inducię,Au.Gelli.li.i.quibus nephas fuit laceſſere hoſtem in bello.
propter quas preliares dies cōſtituti ſunt,Et priuatę ferię ſacrorū pro-
priorum uelut dies natales,Et ſunt ferię feſtę & non feſtę uelut Satur-
nalia.Et Ferię Denįcales cum hominis mortui cauſa familia purgaba-
**Denicales** tur.Gręci enim νεκρον mortuum dicunt.Et Ferię Precidaneæ Au.Gel-
lius li.iiii,A ferijs deriuamus Feriatū quod feſtum & lętum ſignificat
aliquando torpidum & ſegne. Tu require plura de ferijs apud. M,
Varronem de originibus. Et Macro.li.i, Satur. De Negocioſo παροι
μιακῶσ id eſt prouerbialiter dicimus, Sibi nec puero quidē unquam
**Vexo** ferias contigiſſe.Seneca in libro de breuitate uitę.Inter fœminina ſem
per pluralia ferias dici putat Diomedes. ¶ Vexat bonos. ¶ Vexare
uerbum graue & intolerabilis ad ſuſtinendum contumeliæ Au. Gel,
Cicero accuſationū in C.uerrem li.i.qui nunc populati atcꝫ uexati cū-
cti ad me publice ſępe uenerunt.Prouerbij uice celebratur.Suā fraudē
**Fuat** quemcꝫ uexare.de conſciētia dictū. ¶ Furcifer fuat. fuerit, futuri
temporis uerbum defectiuū.Seruius in.x.cōmentario. Fuere uerbum
eſſe uolunt grammatici Vnde futilis Et Futare,& confutare, ſed futa-
**Futo** re quod alias arguere ſignificat,a Catone pro ſępius fuiſſe accipitur Et
pro ſim uel fiam inuenimus poſitum fuam Marcello auctore.
¶ Proſcriptus ob crimen. proſcribere uenale proponere & per ſcrip
turā publicare ſignificat.Cicero.li iij.officiorum.Claudius proſcripſit

inſulam,In rebus uero animatis producere,Vnde ſeruos uenales pro
duci enũciamus.Item Proſcribere eſt relegare,Hora. Proſcripti regis Proſcribo
rupili pus atq; uenenum,Cicero in Verrem, Non ſolum illud proſcri
bunt quod prohibiti ſunt,Iuuena. In tabulam Syllæ ſi dicant diſcipuli
tres. Capital caput. quod plurimis periculum capitis immiſit,Plau.
in Menęchmis, Tam & ſi capital fuerit, Capital a priſcis dictum eſt pe Capital
riculum capitis,ſignificat etiam faſciolam qua capillum ueteres in ca-
pite colligarunt. ¶ Factioſę factionis, factio quondam honeſtum uo
cabulum fuit,nunc ſeditionem ſignificat, Tertulianus ijs putat factio- Factio
ſorum nomen accõmodandũ,qui in odium bonorum & proborũ cõ
ſpirant,Saluſtius inter bonos amiciciam, inter malos factionẽ eſſe ſcri
bit ¶ Factionis factioſę. id eſt uecordis,odioſę,inſidiarum atq; armo-
rum plenę,ſedicioſę,tumultuarięq;, Factionem Apuleius ueſanã uo- Factioſus
cat,Et linguam nimis factioſam ſeditionibus & graſſatura redundan
tem Au.Gellius appellauit. ¶ Latrunculandi animo. latrocinari uer
bum latrocinale ad latronum rapinas & predationẽ pertinet,quorum
multiplex fit mentio in libris romanarum legum,ſed & Latruncula- Latruncula
ri a quibuſdam uſurpatur,Inde latrunculatorem dicimus qui iudicat ri
de latronibus li.v.digeſtorũ Vlpia. ¶ Paſcitur. cõuenit,pacto coit.

Accedite huc lenocinatores viri.
Caput hoc pudicos nunquam amauit coniuges
Accedite huc adulterantes fœminę
Caluaria iſta proſtitutas diligit
Accedat huc & virginum venundator
Sępe hoc caput deuirginauit virgines

BIBLIOTHEQUE MAZARINE

¶ Adulterantes fœminæ. ¶ Adulterium lex Iulia ſtuprumq; appellat
promiſcue,ſed proprie adulteriũ in nuptam, Stuprũ cõmittitur in uir Adulteriũ
ginem,Scribit Iuriſconſultus in primis ad patrem & maritum pertine Stuprum
re coertionem accuſationeq; matronarũ impudicarum, Adulterium
leges uolunt dici,quaſi ad alterius thorum acceſſum,Et patrem habe-
re ius occidendi adulterum inuentum cum filia,dum tamen utrumq;
occidat L.patri.ff.eodem Et retinẽtem uxorem quam in adulterio in
uenit puniri ut Lenonem,ſed hęc Iuriſcon.concedamus, quorum ſapi Iuriſcon.
entia uera eſt philoſophia,Ipſi quoq; ueri philoſophi, licet pecuniã nõ philoſophi
abijciant,ut ait Accurſius, ¶ Proſtitutas. ſcorta meritoria quę ſui cor
poris poteſtatem faciunt. ¶ Virginum uenundator. qui per uim &

inuitam ſtupratori conciliat, Deuirginauit. corrupit, ſtuprauit. Vnde
**Deuirgino** puellas deuirginatas dicimus. quę preflorate conſtupratecꝫ uirginitatem exuerunt, Alia eſt illius uerbi ſignificantia, cum ephœbum deuirginatū enūciamus, Nā uolumus ſignificare eū ex ephœbis exceſſiſſe

ARI. Vnde ergo adeſt? BV. ex Arabia. AR. nomē
BVT. Sergius, an ignoratis illū Sergiū? q̊d eſt?
LIX. Grāmaticum? eundem qui latina perdocet?
BVT. Nequaquā, at illum apoſtatā atcꝫ perſicum,
Qui ne latine neue grece doctus eſt.
Monioſthenis reprobi ducis meritorium

Ex arabia. licet fœlix a noſtris & a gręcis Eudemon dicatur arabia propter multa odorata, ad ungenta pertinentia, quę inde ad nos aduehuntur, Hęreticę tamen prauitatis gratia & monſtrorum quibus illa
**Arabia** terra pullulat, religio Chriſtiana quę portentoſa ſignificare uult, ex ea producit. Sergiū. de quo ſupra. Grāmaticū. uulgi ſtolida & importuna exiſtimatio, omnis latinitatis corruptela, grāmatici nomē pedibus proculcans in ludum triuialem tanquam in piſtrinum relegat, Immemor græcitatis & oblita uim uirtutemcꝫ uocabuli græcanici,
**Grāmatici officium** Quid enim aliud grāmaticus ſignificat quam literatū, quorum apud priſcos id muneris incumbebat, ut omne ſcriptorum genus, poetas, hiſtoricos, oratores, philoſophos, medicos, iureconſultos excuterent atcꝫ enarrarent, cenſerent, diiudicarentcꝫ, quam obrem Critici hoc eſt
**Critici** iudices uocati ſunt, quo nomīe tu me indignum dulciſſime preceptor in epiſtolis tuis mellitis ambroſiam nardumcꝫ redolentibus ſępicule appellitas, ſed hęc hactenus, Partes enim noſtrę iam non ſunt ut inertiam uulgi caſtigemus, Diogenes philoſophus (ſi philoſophi nomē ſibi Lactancius permittit) grāmaticos quocꝫ ſicut nemini pepercit mordicus pręhendit, Nam dicere ſolebat, Grāmaticos Vliſſis mala requirere ſuacꝫ ignorare. At illum apoſtatam. defectorem, retractatorē, rebellem, profeſſę religionis abiectorem, græce ἀποστάτης ου, Augu.
**Apoſtata** apoſtatam interpretatur retro abeuntem & dei inimicum, qui non eſt ſuſtinendus in omni gente. xxvi. q. ulti. Non obſeruetis. Nec latine doctus. Latine loqui a latio dictū eſt inquit Pompeius, quę locutio adeo eſt uerſa ut uix ulla pars eius maneat innoxia, Cęterum mortuo
